




NAZIONALE
VITT. EMANUELE
BIBLIOTECA
12
15 B
38

Mancano le pp. 278-284




# *SANIORIS MEDICI-*
*næ Magiſtri*

# D. ROGERI
## BACONIS ANGLI,
### DE ARTE CHYMIÆ
## ſcripta.

*CVI ACCESSERVNT*
*opuſcula alia eiuſdem*
*Authoris.*











FRANCOFVRTI,

Typis Ioannis Sautij, Sumptibus Ioannis Theobaldi Schönvvetteri.

ANNO M. DCIII.



# ROGERVS BACON IN OPERE TERTIO DICIT SIC recitando quæ fecerat in aliis libris.

*DEinde completa partiũ operis maioris enumeratione, quia sexta scientia est Alchymia, quæ vtilis est valde & est de maioribus scientiis. Ideo posui eam sub forma philosophorum in suo loco in ænigmatibus, promittens me expositurum eam in sequentibus: Posthæc descẽdi ad peccata studij, & eius remedia: Et in sexto peccato manifestando, descendi ad generatio-*

*nem rerum ex elementis, & texui illam totam vsque ad specialem generationem animalium & plantarum, & diligentius hanc practicaui, quia his aperiuntur magnarum scientiarum radices, scilicet naturalis philosophiæ, medicinæ & alchymiæ & res maximæ hic cõtinentur: Nam per eas certificatur non solum status generationis rerum corporalium, sed status innocentiæ quantum ad complexiones & caussas immortalitatis, quæ fuit in primis parentibus & in omnibus fuisset si non esset peccatum ab Adamo commissum. Item status corporũ*

*im-*

*immortalium post resurrectionẽ. Ex his extrahuntur caussæ prolongationis vitæ humanæ, & remedia contra infirmitates omnes. Et sic habetur multum de expositione ænygmatũ alchymisticorum, quæ prius tacta sunt. Et texui generationem humorũ ex elementis, & omnes generationes eorum: & ostendi qui sint inæquales, & quomodo fiãt, & qualiter æqualitas possit fieri in humoribus, & omnia: & specialiter descendi ad generationẽ metallorum: quia hæc requiruntur specialiter in sexto peccato studij. Et tetigi naturas essentiales o-*

*mnium, & proprietates eorum, & effectus, & maxime de auro. Quia hoc fuit magis conueniens exemplum ad propositũ. Et tunc comparaui hanc expositionem sacræ scripturæ cũ sua expositione: & hæc quæ tetigi, de istarum rerum generatione, sunt de maioribus & melioribus, quæ sciri possunt, tam pro speculatiuis quam pro practicis & habent maxima secreta si bene intelligantur, &c.*

EX-

# EXCERPTA EX LIBRO SEXTO SCIENTIARUM QUEM FECIT FRATER ROGERUS BACON.

QVARTA vero ſcientia non modicam habet vtilitatem, in notitia rerum & ſcientia inquirenda: & eſt Alchymia ſpeculatiua, quæ in particulari, & per experientiam, docet rerum inferiorum generationem, & naturas, ac proprietates inueſtigat. Illa vero quæ practica dicitur, negotiatur per artificium circa opera vtilia perſonis & reipub. in tranſ-

mutatione metallorum vilium in aurum & argentũ; & in compoſitione azufuri & ceterorum colorum, & in reſolutione Criſtallorũ & margaritarum&aliorum lapidum, ac eorum compoſitione & augmentatione, & in operibus multis circa lapides precioſos & præcipue in præparatione multarum rerum quæ faciunt ad conſeruationem ſanitatis, & curationem ægritudinis & ad prolongationem vitæ mirabilem & potentem.

Idem

Idem Rogerus libro prædicto probat quod ex his cũ adiutorio ſciẽtiæ experimentalis perſpectiuæ & Aſtronomiæ operatiuæ, in tantum ex nobilitate complexionis excitaretur anima rationalis, & potentia intelligendi, vt poſſit de facili per ſe ſine doctore, ſcire, omnes ſcientias & etiam in tantum, quod occulta præſentia & futura, ſed & præterita magna animi nobilitate ſentiret. Sed de hac ſcientia practica, nõ intru-

do hic inter eas, quę faciunt res & ſcientias bene ſciri, ſed de ſpeculatiua eius quæ docet primo naturas & proprietates elementorum in particulari; & ſecundo qualiter omnia fiant ex elemẽtis. Et aſſignat 145. modos mixtionis elementorum, ſecundum quos modos variantur complexiones omnium rerum. Et docet inueſtigare in ſingulis rebus, quomodo ſua complexio propria inueniatur, & deſcendit ad generationem primorum corporum quæ ſunt

ſunt 4. humores inæqualis complexionis, quæ vocantur communiter Melancholia, Phlegma, Sanguis & Cholera. Ex quibus fiunt res omnes inæqualis complexionis. Et docet quintum humorem æqualem, ex quo componuntur corpora æqualis complexionis, vt eſt aurum (teſte Auicenna) in hac ſcientia, & corpora poſt reſurrectionem. Sed corpus Adæ in ſtatu innocentiæ, & fructus Paradiſi,

non fuerunt in æqualitate hac, ſed prope hanc æqualitatem. Et materia primã de qua loquitur Ariſtot. 9. metaph. cum dicit, ex mortuo non poſſe fieri viuum niſi reſoluatur in primam materiam : habet multum de humore æquali. Et ſimiliter, materia, de qua dicitur in fine, cõmunis translationis libri meteororũ. Vbi aſſeritur, quod ſpecies rerum trãſmutari non poſſint niſi fiat reſolutio ad materiã primam quæ eſt cõſona huic humori æquali. Et hæc

hæc ſcientia multiplicat hic veritates pulchras copioſe, & omnes verificat ſubtili & profunda perſcrutatione & pertrãſit ad generationẽ lapidũ & ſulphurũ, & ſalium, & atramentorũ, & metallorum, & colorum, & omnium venarum terreſtrium & quomodo per naturam fiunt in ventre terræ; & ad omnia inanimata; & quæ ſunt eſſentiales naturæ omnium, & proprietates & affectus, & ingreditur compoſitionem corporis, plantæ, & animalis & hominis quan-

quantum ad multa: & habet hoc facere propter Alchymiam practicam. Nam de partibus plantarum, & animalium, & maxime hominis, Alchymista practicus accipit illa per quæ vult transmutare metalla vilia in nobilia: & per quæ experimentator perfectus agere debeat ad conseruationem sanitatis, & ablationem ægritudinum, & prolongationem vitæ: hæc igitur scientia perficit naturalem philosophiam vulgatam in libris Arist. & Auicennæ.

cennæ. Nam de is omnibus, nihil habemus in libris eorum, nisi quædã verba vniuersalia, & parui valoris, & hæc scientia ministrat medicinæ totam simplicem medicinam de rebus inanimatis. Nam medicus accipit notitiam rerum ab hac scientia, sicut manifestum est ex libro secundo medicinæ Auicen. & ex aliis libris medicorum: & propter has caussas omnes patet, quod hæc scientia est valde vtilis, & potens ad faciendam notitiam

tiam

tiam rerum huius mundi, & aliarum ſcientiarum ſine enim iſta, nihil dignum in philoſophia naturali, de rebus inanimatis ſcitur, nec in medicina, nec in Alchymia practica.

# EXCERPTA DE LIBRO AVICENNÆ DE ANIMA I. DE

maiori Alcimia per fratrem Rog. Bacon. & eſt titulus hic metaphoricus, ſicut ea quæ in libro continētur. Nam alius eſt liber eius de anima, ſcilicet ſextus naturalium; qualis eſt liber Ariſt. de anima: & hic liber eſt ſua Alcimia maior: nam minor eſt libellus quem fecit ad Haſen.

IN ILLIVS nomine, qui maior eſt, & Dominus totius mundi dixit, Abhuali Abintine, iſtum librum feci in anima, quia anima eſt altior corpore, & non poteſt videri oculis, ſed mente, quia oculis tātum rem attētè videt, & mens videt proprietatem: Ideo altiora ſunt ea, quæ videntur mente, quam ea, quæ vidētur oculis, & anima eſt pars circuli genealogiæ

logię,&circulus animæ est altior alijs circulis,scilicet de corporalibus circulis,& spiritualibus:Et ego diuisi librum istum de anima per 10. dictiones. Sed antequam incipiam loqui de dictionibus, loquar de rebus proficiẽtibus huic libro, & ideo sunt, 11. dictiones siue libri. Dixit Abuhali Abintine.Laus Deo,quia nõ est alius in seculo creans res; & ipse est solus & fortis in magnitudine sui honoris,& ipse videt, & scit omnia, quæ in cœlo & in terra sunt, & dat homini rationem reducendi res ad primam naturam earum, quia ipse est Deus, & non est alius præter ipsũ. Elemẽta sunt 4.ignis,aqua, aer,terra,modi id est ꝓprietates sunt 4. calor, frigiditas, siccitas, & hu-

& humiditas:&yle est res in qua non est calor, nec frigiditas, nec siccitas, nec humiditas, & non est corpus. Et elemẽta sunt facta de yle: & vnumquodque elementorũ conuertitur in naturã alterius elementi & omnis res in quamlibet. Nam hordeum est equus per vim, id est, naturã occultã; & triticũ est homo per vim: & homo est triticum per vim. Et si tu intelligas conversionem vnius elementorum in alterum, intelliges totum magisterium. Quod autem infert de quatuor farinis, & panibus factis ex eis, intelligit 4. elemẽta; quia dicit similitudo primi panis est terra rerũ. Per muscas vero & scarabeos & formicas, intelligit immunditias elementorũ purgandas

das furnũ magiſterii in quo aſſentur 4. elementa docet fieri 12. palmarum in longitudine, & tot in latitudine, & 24. in altitudine: quatuor elemēta ſunt prima diſtillatio, & ſecunda tertia, & quarto lauamentũ & intendit ſecũdum quod docet Raſis in libro qui lumen luminum dicitur, quod prima eſt aquæ exaltatio, ſecunda eſt olei egreſſus, tertia eſt ſeperatio ignis ab humore aereo, quarta eſt lotio fecum pro terra: Ex his verbis & farinis & panibus, patet quod elementa non ſunt ſimplicia, quia hæc nõ poſſunt tractari per manus Artificis, nec per ſe collocari, ſed ſunt humores ſimplices, qui ſunt corpora diuiſibilia, & per ſe reponi poſſunt: Terra ſolui-

ſoluitur tarde, aqua citius quam terra & aer, ignis tardius quam aer. Scitur quod terra eſt frigida & ſicca, quia ſi apponas eam ſuper carnem tuã, refrigerabit & exſiccabit eã. Itẽ per hoc quod ſole in æſtate exſiccante humiditates aqueas in terra, & elõgato in hyeme, redit terra, ad natu rã ſuã, & fit frigida & ſicca: quod aer ſit, oſtendit per folles, qui congregant aerem & exſpirant, & per vitrum inflatum, quia aer exit & ſentitur tactu, & aer eſt ventus vt dicit, ſed non eſt verbum proprium, ſed vulgatum. Quod aer ſit calidus, oſtendit per hoc, quod non conuerti poteſt aqua in aerem, niſi per ignem: & quia aer eſt cibus ignis & cibus eſt de natura cibati.

Si



Si enim accendatur lampas olei & claudatur in vaſe terreo, ſtatim extinguitur, quia aer excluditur, qui eſt cibus nutriens ignem, quod vero nutrit, eſt de natura nutriendi, quia panis nutrit, & ſaluat hominem, ſcamonea interficit, quia non eſt cibus: aeris natura eſt leuitas, quia natat ſuper aquam, & ſoluitur cito in ignem, vt patet in oleo oppoſito in igne, flamma fit magna. Aqua eſt frigida & humida, quia corpora noſtra poſita in ea, infrigidantur & humida fiunt, vt patet in natantibus, & aquæ & aeri eſt humiditas, quia dimittunt res ingredi in ſe, ſed non eſt tanta humiditas aquæ ſicut aeris, ideo non dimittit omnes res ingredi in corpore

pore ſuo ſicut aer. Cum coquitur aqua reſoluitur in fumum ſeu vaporem, & ille fit aer: ergo aqua fit aer: & ignis in lapide incluſo extinguitur, ſed non in nihil, ergo in aerem: & ſi condenſetur ille aer, quando extinguis ignem conuertetur in aquam, & de terra ſurgit puluis; & ille puluis vertitur in aerem: ergo quodlibet vertitur in quod libet. Scire debes, quod ſunt res, in quibus duo elementa ſunt maiora, & ſunt in quibus tria ſunt maiora, & ſunt in quibus vnum eſt maius: & ſunt in quibus omnia æqualiter. Eſt ergo vna diuerſitas quod ignis & aer ſunt maiora: ſecunda, quod ignis & aer ſunt minora: tertia, quod ignis & aqua ſunt maiora

maiora: quarta quod ignis & aqua sunt minora, quinta quod ignis & terra sunt maiora, sexta quod ignis & terra sunt minora, septima, quod aer & aqua sunt maiora: octaua, quod aer & aqua sunt minora, nona, quod aer, & terra sunt maiora: decima, ꝙ aer & terra sunt minora: vndecima, quod aqua & terra sunt maiora: duodecima, quod aqua & terra sunt minora: Et sic habes diuersitates secundas. Modò habebis diuersitates tertias: Inter quas prima est, quod ignis aer & aqua sunt maiora: secunda, quod ignis, aer, aqua sunt minora: tertia aer, aqua, terra maiora: quarta ignis, aqua terra maiora: quinta aer, aqua terra minora: sexta ignis, aqua, terra minora:

nora: et hoc modo si diuidas illos modos veniunt tibi de primo.16.de secundis 64. de tertiis 47.de quartis, de quibus modo dicemus.18.& sunt oēs 145.Modo dicā tibi de quarta diuersitate: Ignis multus, aer minus, aqua minus, terra minus: secunda diuersitas, aer multus, aqua minus, terra minus, ignis minus: & quia tu es acuti ingenii, tu trahes omnes has diuersitates ad lucem, & figurabis eas, vt scias omnia componi ex eis: verbi gratia: si vis soluere pomū ad 4. elementa, debes scire quod pomum est calidum & frigidum, siccum & humidum per fortitudinem id est, per vim & naturā occultam nō per factum, id est, nō actualiter, quia se actualiter, tunc comburerer

bureret tangentem, & refrigidaret,& exſiccaret,& humectaret. Tere ergo pomum,& mitte in cucurbitã cum alembico, & distilla ſicut roſam, & exibit aqua ſimplex, & quod remaneſt terra,& ignis reſoluitur in fumum, & aer verſus eſt in aquam: nam aer eſt in pomo, quia natat ſuper aqua. Et in lacte eſt aqua multa aer minus, terra minus, ignis minus: quia bene vides in eo aquam ſi congelaueris id eſt coagulaueris: & butyrũ eſt ſuus aer, quia cõuertitur in flammã, & aer eſt cibus ignis, & caſeus eſt ſua terra, & ſerum eſt ſua aqua, & ignis eſt ibi, quia lac eſt ſanguis contractus,& ſanguis eſt calidus: ergo lac eſt calidum. Et ſi vis lac ſoluere ad 4. elementa,

ſicut

ſicut feciſti pomum: accipe lac calidum abſtractum à beſtia, & mitte in cucurbitam cum alembico & diſtilla ſicut aquam roſaceam. Et quod primo inde diſtillabit, erit clarius lachryma; & illud eſt aqua: poſtea diſtilla aliud non tam clarum, & illud vertitur in colorem citrinum, & illud eſt aer poſtea remanet terra combuſta in fundo nigra, ignis euanuit in vaporibus, & efficitur fumus, & fumus vertitur in aquam, & ſic debes ſcire in omni re, in qua diuerſitate ſit de quarto, & in quo loco de 145. diuerſitatibus, & in vitro eſt vna de ſecundis diuerſitatibus, ſcilicet vbi aqua & terra ſunt maiora, & vitrum habet

calorẽ, quia in ventre terræ generatur calor, quia in hyeme coangustatur calor solis in terra, eo quod calor æstatis fugatur à frigiditate terræ quæ est in hyeme in superficie terræ & intrat terram calor, & calefacit aquam & alia quæ sunt in terra, & homo si ingrediatur ibi patitur calorem & in æstate frigus: Et homo in diebus hyemis propter tempus frigidum habet frigus, & quando trahit aquã putat quod sit calida, & ipsa non mutatur de sua natura: Et similiter in æstate, quod ipsa sit frigida, & ipsa non mutatur de sua natura. Constat per primam partem suę sententiæ quod aqua in terra sit calida in hyeme: ergo quod dicit secundo non intendit nisi quod magis

magis apparet calida propter frigus hominis. Quod vitrum ſit calidum, probabo, ſoluitur in igne, & omne quod ſoluitur in eo eſt calidum, nō tamen per ſuperabundantiam: & quod vitrum fiat ex aqua & terra, patet per inſtrumentum factum de terra & aqua, in quod illi qui volunt ſoluere argentum, proiiciunt partes argenti, & ponunt ſubtus ignem & vas illud fit vitrum, quādo pluries eſt hoc factum: & hoc accidit figulis, & qui faciunt caldaria, & fabris, & qui ſoluunt metalla, & qui faciunt tegulas hoc idem faciunt, & quando tegula multoties & diu coquitur, efficitur vitrum, quia quod natura facit cum calore ſolis in centum an-

nis, facimus nos in paucis diebus. Et in petra sunt quatuor elementa. Nam etsi visu non inveniantur ibi, mente tamen inveniuntur. Dixi tibi verbum in diuersitate quarta, primum modò complebo hic, debes igitur invenire in rebus huius seculi, si in eis invenire poteris de istis diuersitatibus, & sunt istę, ignis aer maiores, aqua & terra minores, ignis maior omnibus, aer minor igne, aqua minor terra; terra minor aqua: aer & aqua grandes, terra & ignis minores: aer maior, aqua minor, & terra minor aqua, ignis minor terra: aqua & terra maiores, ignis & aer minores: aqua maior terra ignis minor terra, aer minor igne: Ignis & terra maiores, aer & aqua minores

nores, ignis maior terra, aer minor terra, aqua minor aere: & de istis diuersitatibus facias quod facere potueris, quia propter istas dicũt vnamquamq; rem calidam & siccam, aut calidam & humidam, aut frigidam & siccã, aut frigidam & humidam: Et si tu misceas pondera recta de aqua & igne; quod mixtum est non calet, nec infrigidat, nec desiccat, nec humectat: & eodem modo est de aere & de terra. Sic vna diuersitas, scilicet ꝙ ignis maior, aer minor, aqua minor, terra minor, & ponamus vnam partẽ, de igne & aere medium: de aqua quartam, de terra octauam. In igne igitur est medietas caloris, & medietas siccitatis, in aere quarta

caloris, & quarta humiditatis; in aqua frigiditatis octaua, & octaua humiditatis, in terra medietas octauæ frigiditatis, & medietas octauæ ficcitatis, habemus igitur in igne medium caloris, & in aere quartam caloris: Et ita est in hoc corpore de calore vnum minus quarta, & de ficcitate propter ignem est medium vnius, & propter terram medietas octauæ: & de frigiditate propter aquam est vna octaua, & propter terrã medietas octauæ: & de humiditate propter aerẽ quarta, & propter aquã octaua. Auferamus igitur de calore partes frigiditatis, quæ sunt octaua, & media octaua, tunc remanebunt de calore mediũ vnius

nius,& mediũ octauæ,id estquatuor octauæ& media, quia quarta valuit duas octauas, & mediũ valuit 4. Et si auferamus humiditatem à siccitate erit vna octaua siccitatis, & media octauæ: quia in igne sunt 4. octauæ siccitatis, & in terra media octauæ, & in aere duæ octauæ humiditatis, & in aqua vna octaua; quapropter hoc corpus erit calidum & siccum: nam si octaua & media frigiditatis, quæ sunt ibi velint frigescere, media pars caloris & media octauæ non permittunt: & sic non permittit siccitas humiditatem operari: Sed melius esset, vt in igne poneretur vna pars caloris, & vna siccitatis, & in aere medium humiditatis &

mediũ caloris; & in aqua quarta frigiditatis & quarta humiditatis, & in terra octaua frigiditatis & octaua ſiccitatis, & ſic intendit, nam Alchymiſtice loquitur. Similiter reperitur corpus frigidũ & humidũ in quarta diuerſitate, ſi ſint in eo aqua & aer grãdes, & terra & ignis minores aqua grandis, aer minor, terra minor, ignis minor, aqua habebit vnum, aer mediũ, terra quartam ignis octauam, in aqua igitur medium frigiditatis, & medium humiditatis, in aere quarta humiditatis, & quarta caloris in terra octaua ſiccitatis, & octaua frigiditatis, in igne media octauæ caliditatis, & media octauę ſiccitatis, ergo in iſto corpore de ca-

de calore ſunt duæ octauæ, & media octauæ, & de frigiditate 5.octauæ. Ergo ſi auferatur calor à frigiditate remanebunt de frigiditate duæ octauæ & media octauæ, & de humiditate erunt 6.octauæ & de ſiccitate, octaua & media octauæ. Ergo remânebunt de humiditate 4.octauæ & media, quapropter hoc corpus eſt frigidum & humidum, & non oportet nos ſubtiliare multum quia oportet facere librum in ponderibus & in ſpeciebus rerum, quæ ſunt calidæ & frigidæ, ſiccæ & humidæ & in quo gradu ſit vnaquæque earum, & explanabit quod iſtæ 145.diuerſitates ſunt autem gradus: Nam quando quis dicit, quod hæc ſpecies eſt calida & ſicca frigida

& humida, vult dicere autẽ gradus, & quando homo vult ponere eã in gradũ, ponderat eam secundum modum dictum, & facit eam calidam & siccam, vel frigidam & humidã, vel frigidã & siccã, aut calidam & humidã.

CAP. I.

Incipit dictio prima habens 12. cap. 1. est ratio vera super Alchymia, an sit possibilis. In nomine Domini creatoris omnium & factoris rerũ dixit Abhuali quod sex sunt res, quæ elongantur cũ malleo, scilicet aurũ, argentum, stannũ, cuprũ, ferrũ, plumbũ: & prçter hæc creãtur sub terra, Aurũ viuũ id est. Argentũ viuũ, auri pigmentũ sulphur, sal artificũ. Aurũ viuũ id est Argẽtũ viuũ nascitur subtus terrã, ꝓpter humitatẽ magnã exeuntẽ in illo loco pro mul-

ꝑ multo aere,& hoc euenit propter Solem & aerem, qui tãgunt eum & efficitur currẽs propter humiditatem & frigiditatẽ, quæ ſunt in eo; & non efficitur niſi in loco frigido; & eſt de quarta diuerſitate, vbi eſt aqua maior, terra minor, aer minor, ignis minimus: Et quia fugit ab igne, nõ eſt niſi propter calorem vel frigiditatem in eo exeuntẽ, quia quãdo accedit ad ignẽ, maior pars eius eſt aqua, & aqua eſt contraria igni; & contrarium fugit ſuũ contrarium, & quando incipit caleſcere, deſiccatur, & vertitur in naturam ignis: Et ſi multum dederint ei ignem, & fuerit in loco clauſo, recedit inde humiditas, & vertit ſe in calorem ignis accidentalem; & hoc eſt quod di-

dicunt vernichonem. In omnib. rebus quærenda sunt 7. sc. calor, frigiditas, humidas, siccitas, leuitas, pōderositas, solutio. Vnde in auro viuo est humiditas maior, frigiditas minor, siccitas minor, caliditas minor, ponderositas maior, leuitas minor, solutio tarda, & auripigmentum est contrarium fere, quę est terra magis, ignis minor, aer minus, aqua minor ponderositas maior, leuitas minor, solutio tarda: contrariātur igitur in calore, frigiditate, humiditate, & siccitate, sed in solutione & pondere sunt æquales. Sulphur est naturaliter calidum & siccum, & habet proprietates auripigmenti. Sal artificiosum est medium inter aurum viuum & auripigmentum, & sub terra

fit

fit in loco calido, & eius calor non est tantus sicut ignis, & maior quam calor aeris: Vnde non est calidum sicut ignis, nec frigidum sicut aqua: sed auripigmentum est calidum sicut ignis, & Argentum viuum est frigidum sicut aqua; & ideo sal armoniacum est medium inter vtrumque: & auripigmentum est siccum, & Aurum viuum est humidum: & sal armoniacum neq; est siccum neque humidum, sed medium; & est medium inter ponderatum & leue, & ideo est medium in omnibus: & ascendit sicut ascendunt alia tria; sed aurum facit se in ventre terræ cum calore magno, & facit se de auro pulchro, viuo & sulphure rubicundo claro

absq; lapidib. in 100. annis & amplius: & argentum efficitur de auro viuo claro & sulphure croceo coctis p 100. ann cuprũ fit de auro viuo grosso & sulphure rubeo grosso coctis p 100. ann. & aurũ est nimis, id est, bene coctũ & ideo neq; ignis, neq; aer neq; aqua delet eum, quia calor Solis coxit eum nimis, i. bene, & indurauit, vt nulla res possit eum delere, & Argentum est crudum, & non est coctum sic, & ideo terra delet eum. Cuprum est cõbustum, & ideo nõ debet eum terra, nisi per multos annos, sed ignis cito delet eum. Plumbum est factum de auro viuo grosso & spisso, & de sulphure pessimo & mixto crudo parum cocto. Stãnum est de auro viuo pulchro

nimis & claro, sed de sulphure pessimo crudo parum cocto. ferrum est de auro viuo spisso & de sulphure rubeo spisso nimis cocto: Nam si ferrum super proiicias azeizar eius est rubeum. Azeizar est illud quod resoluitur de metallis per aquas acutas, sed est de meliori sulphure quam plumbum, quia plumbũ est tantum de pessima natura, quod cũ suo odore frangit aurum & stringit aurum viuum, quia quando aurum soluunt si darent ei odorem plumbi, verteretur in calcem; his visis descendit ad illud quod est principaliter intẽtum in hoc capitulo, sc. si est Alchimia docens, quod sic patet ꝑ Arist. & Platonem & per hoc ꝙ quodlibet istorum metallorum

fit de auro viuo & sulphure vt dictum est, & infert rationem, ꝙ vnumquodq; istorum efficitur per ignẽ currens sicut aurum viuũ, & azeizar, ꝙ fit & efficit de istis, sc. est de calore sulphuris, q̃a azeizar de ferro est rubeũ, & de cupro croceũ coloris viridis nõ tãtum naturalis: quapropter hęc corpora fiunt ex auro viuo & sulphure: sed ꝙ natura facit in multis annis, nos possumus facere in hora parua, vt de vitro: Ergo feliciter possumus coquere aurũ viuũ & sulphur vt fiant metalla: Et potest fieri, de lapide deteriori melior, vt in saphiris, & aliis sicut natura facit bonos in loco calidiori & ꝓpinquiori Soli; & sic vt lapis q̃ est ꝓximus, igitur & coctꝰ magis, & sustinet ignẽ & tarde fran-

frãgitur, ille magis valet, sic magis valet aurum quam argẽtum, & argentum quam cuprum, & cuprum quam stannum, & stannum quam ferrum, & ferrum magis quam plumbum: & sicut mali magistri faciunt cuprum de colore auri, sic boni de cupro faciunt aurum.

*Capitulum secundum.*

Capitulum secundum, quod non potest fieri quin magisteriũ sit verum. Vitrum fit per 100. annos in ventre terræ de sua natura, & nos facimus ipsum in parua hora per magisterium. Ergo similiter possumus facere aurum & argentum de auro viuo & sulphure in parua hora, sicut fit in terra per centenos annos. Item croceum est mixtum de

pauco nigro & multo albo cum calore ignis. Rubeum eſt magis nigrum quam album cum calore ignis. Cinericeum eſt magis album quam nigrum, cum frigiditate aquæ. Ergo qui commiſcet omnes iſtos colores, procederet quaſi color auri, & croceus color cum calore eſt auripigmentum, & alius color eſt ſaphiris & tertius auri viui: Ergo non poteſt fieri quin color auri fiet: Et ideo nec fieri poteſt, quin aurũ fiat. Et ſi accipias aurum viuum, & faceres illud durum, & mutares de iſto colore in colorem auri fiet aurum. Et ſi tu exſicces humiditatem, quæ eſt in eo fit durum. Et accepit Abhuali ad Habizabenu filium ſuum, & miſit eum in domum quan-

quandam & accepit de plumbo aluofoli, 4. libras, de alio plũbo, 2. de ſtagno, 3. de auro viuo libram & mediam, lauauit cum aqua ſalis, & bulliuit illud in aceto ter, & poſtea miſit illum in ouum anſeris, & poſuit in olla de ferro facta ad modum eius, et ita grandi, & ſoluit plumbum cum ſtanno in olla quadam & dimiſit ollam cum ouo deſurſum, & bulliuit per 24. horas, & in hora duodecima diſcooperuit, & oſtendit filio ſuo, & erat darum ſicut mel, & album ſicut plata argenti: Ergo habes tres rationes, quod non poteſt fieri quin ſit verum magiſterium: & hoc confirmat per Ariſtotelem & Platonem, & per omnes ſapientes, ſed Ariſtoteles fecit illud

ita obscurum, vt nullus intelligeret, & infert quod Saturnus facit plumbum, Iupiter stannũ, Mars ferrum, Venus cuprum, Mercurius aurum viuum, Luna platam argenti, Sol aurum. Et immisimus aurum viuum inter ea, quæ se malleant, quia indurescit vt diximus. Aurum viuũ est frigidum & humidum per corpus suum, calidum & siccum per spiritum suum, currens per frigiditatem suam, & nigrum & album, nigrum propter calorem suum, album propter frigiditatem suam, & habet suam nigredinem propter corpus suum, & albedinẽ propter animam suã, ponderatum in leue, ponderatum propter frigiditatem; frigidum propter corpus, leue pro-

pter calorem, calidũ propter animã. In facie habet nigredinẽ, & albedinem infra corpus ſuũ, frigidum in ſuperficie, calidum interius. Et qui vult durare eum debet ſiccare ſuam humiditatẽ, & calefacere ſuam frigiditatem, & ſuum abſcõditum redibit manifeſtũ. Et quia Mercurius habet magis ſpiritum quam alia, plus loquuti ſunt philoſophi de eo. Et ſicut Sol magis valet, & dat fortitudinem ſuã vſq; ad Saturnum, & deorſum vſq; ad Lunam, ita aurum eſt precioſius omnibus aliis. Et ſi non poteſt fieri 2. quod Saturnus non currat in eodem ſigno cum Sole, ita non poteſt fieri quod hoc magiſterium non trahat de plumbo aurum.

*Capitulum tertium.*

De capitulo tertio, quod eſt de diſputationibus cum Geber. Incipiam dicere rationes cum Geber qui fuit magiſter magiſtrorum in hoc magiſterio: Ille dixit petra non eſt petra: petra inuenitur vbique, petra inuenitur in arenis: qui accipit eam, eã & diuidit in 4. elementa, & facit, ſicut ipſe dicit, habet bonum Elixir: & hæc dixit vt homines non intelligant: & iterum dixit quod ſi de ſuo Elixir daret fœminæ prægnanti, efficeretur maſculus. Et dixit quod ſi æger de eo biberet, ſanaretur de quacunque infirmitate: & hæc non dixit niſi propter obſcuritatem magiſterii: ſed omnis ſapiens intelligit cur ſic dicit: & temptant

ſtulti, & non inueniunt, & temptant ſapientes & inueniunt: nā hoc ꝙ dixit de fœmina & maſculo, intelligit, quod ſi Elixir ponatur ſuper Lunam, fiet Sol: & ſic intelligenda ſunt alia ſua dicta.

*Capitulum quintum.*

De quinto capitulo. Quod eſt de diſputationibus Ihame Abindon nihil eſt dicendum; ſed in hoc quod eſt de dictis Abimate Alphabri magiſtri ſui, quem omnino approbat; dicit quod petra herbalis ſunt capilli, petra naturalis oua, petra animalis, ſanguis humanus: & hæc ſunt petræ philoſophorum ſicut Aramige dixit quod accepit filium ſuum in collo ſuo, & iurauit per Deum cœli & terræ, lapis eſt de

me,& in ipſo: & quando dicit de me intelligit, quod filius eſt de ſemine patris, & quando dicit in ipſo, intelligit capillos & ſanguinem: Et Ariſtotel. dixit, Duo ſunt lapides inuenti ſuper ſummos. Vnus eſt ponderoſus, Alius eſt leuis, & illi ſunt lapides philoſophorũ, vult dicere capillos & oua, & ita Mautirenus dixit noſter lapis precioſior omnibus lapidib. In omni loco inuenies abſconditũ: Hoc dixit propter ſanguinem hominis, qui vbique eſt: & nullus eſt qui aliud dixit, niſi propter hos lapides, quos accipias & diuides per 4. elemẽta, & laues & præpares ſicut oportet, & facies ſponſalicium & inuenies magiſterium, & non labores de auripigmento nec de

ſali-

salibus nec de sulphure: hoc est verbum Abimazar: Sed hoc dixit quod nullus sic operaretur ad Elixir, sed ad incorporandum, præparemus materiam & faciamus eam primam, & diuidamus in 4. elementa: fit enim prima per reductionem ad 4. elementa, de qua materia prima dicitur in fine methcororum, & laues cuprum cum aceto & sale, vt auferas immunditiam eius, & faciat inde tabulas siue laminas ad grossitudinem digiti, & habeatur de sulphure sublimato, & de sale armoniaco, & redigat cuprum in calcē, & attenuemus suam materiam vt posset reuerti de grosso in leue, deinde lauetur cum aquis fortissimis, vt recuperet humiditatem quā perdide-

diderat in calce, & tunc nicoratur cum elementis, & induretur. Deinde sublimatur, & misceetur aurum viuum præparatũ & fermentum de auro si aurum facere volumus, vel de argento si argentum, ita quod ignis lapidis ponatur ad Elixir pro auro, & non pro argento, & sic fiet in paucis diebus quod natura facit per millenos annos.

*Capitulum sextum.*

In sexto capitulo, quod est de disputatione cum Morieno dicit, quod Elixir tingit cum colore suo, & non augmẽtat pondus, quia debet esse species, & infert petra. sc. sanguis non debet esse mortua, id est, de homine mortuo sed viuo: & vult sequi Adã & Enoch & Moysen ab Aristot. &

Alc-

Alexandrũ Geber, Abimezer, Alpharabi Maurienum & multos Christianos: Et dicit quod induratio vel indurare est miscere res bene calidas cum multum frigidis, & quod ad soluendum non misceatur res frigida sed calida, sicut sal & vrina. Si vis esse philosophus naturaliter, dico tibi per sensum & ex parte legis vbicunq; sis, quod audias hominem sapientem, vt eas & discas ab eo cuiuscunque legis sit: quia lex philosophi est. Non interficias, non furtum facias, non facias fornicationem quod tibi vis alii velis, & ne sis maledicus, &c.

*Capitulum septimum.*

In septimo capitulo dicit, q; grossum facere gracile, hoc est,

quod corpus quod eſt groſſa materia faciat primũ gracile, vt poſſit fieri ſpecies, vt facimus de auro & argento fermentum & dicit quod facere de ponderoſo leue, hoc eſt, propter ſublimationem: in præparatis corporib. operatur plus Elixir & dicit q̄ fimus equinus in operib. iſtis melior eſt quia in eo ſunt contrariæ fortitudines, calor, ſiccitas humiditas & frigiditas, & ideo indurat per calidum & ſiccum, & mollificat per calidum & humidum, & ſoluit per frigidum & humidũ. Et in hoc capitulo loquitur de dentibus diaboli, id eſt, de ſpermate, qui ſermo eſt falſus & maledictus in ſuperficie loquendi, quia quod cum peccato fit, non poteſt benefieri: & lex

phi-

losophi de qua pri⁹ loquebatur., &cõtra illud omnino:&ideo nõ est nisi occultatio Alchimistica, & patet q̃ sit derisio, quia facilius sine cõparatione potest haberiq̃ nominat,&qui trãstulit in Latinũ,ille maledictus est à Deo.

*Capitulum octauum.*

Capitulum octauum. In ferro est parum de argento viuo, & non potest statim solui, & multa dicit de dentib. diaboli scil. de spermate, & nullum istorum intelligit esse verum:quia quod est contra legem Dei, & contra legẽ philosophiæ, vt voluit in sexto capitulo, & verũ est hoc quia veritas philosophię non est contra legem Dei: & ideo vsus spermatis non potest h c valere, sed est sermo metaphoricus & illu-

ſorius, ſicut alibi in hoc libro & propter hoc dicit. Fili quando iuro tibi dicere verum, credas eſſe mendacium, ſcil. ad literam: & ideo quando dico tibi caules, intelligas plumbum, & quando dico Almar caſſitha de auro ſcias quod dico tibi ſanguinem: & ſi eſt de argento ſcias quod dico tibi propter oua & ideo ſimiliter quando dicit ſperma, intelligit aliud, ſcilicet calidum & humidũ per quæ eſt operatio: Et in hoc capitulo dicit q; tres ſunt ceræ, ſcil. cera nigra, alba, & rubea, ſc. capilli, oua & ſanguis: & infinita talia hic & alii ponunt nõ ad literam, ſed methaphorice.

*Capitulum nonum.*

In nono capitulo dicit quod Mercurius præparatur & cera rubea

rubea accipitur, & diuiditur in 4. elementa & ſicut calx cupri & fermentũ argenti quod eſt calx eius, & totum ſublimatur & proiicitur ſuper corpus pręparatũ: quia ſi non præparatur corpus, (hoc poteſt dupliciter intelligi) non ſuſtinet ignem: & ſic tangit omnia quæ exiguntur ad Lunã.

De capitulo decimo. Elixir non peioratur per mille annos ſi eſt bonum. Mercurius induratur cum aqua lapidis herbalis, & omnia alia opera ſoluuntur cum eadem aqua.

De capitulo vndecimo. Sublima corpus cum ſpiritu ſublimato, & proiice vnum ſuper 10. & quanto magis ſublimaueris, tanto melius erit. Ex hoc habetur quod corpus vt calces, & ſpi-

ritus vt elementa, & Mercurius ſublimandi ſunt ſimul vt fiat Elixir quæſitus fiat fixio medicinæ.

*Capitulum duodecimum.*

De duodecimo capitulo. Lapis noſter eſt oua, capilli & ſãguis capilli pueriles & virginales; & ſanguis ſimiliter & oua de nigris & albis gallinis, cum quibus ſit gallus, quia ſine gallo nihil valent: ſimus equinus melior eſt, & debet mutari quolibet menſe. Primum magiſteriũ eſt quod induceres Mercurium; & quãdo habes induratum, redige in calcem, & ſolue ipſum, & redige ipſum in ſuam naturam, & ſublima ipſum: quando abluis calcem, laua multotiens, & poſtea incorpora & ad album magis valet

let cuprum, & ad rubeum magis valet plumbum: quanto magis sublimes auripigmentum & sulphur, magis valebunt; quãto magis solueris sal armoniacorũ, magis valebit; quanto magis albifices sal aluali, magis valebit.

*Capitulum primum.*

Dictio secunda. De primo capitulo dictionis secundæ, primo sublimamus Mercurium, & postea lauamus, deinde soluimus, postea induramus, postea incorporamus cum ære, & fit Luna, & nulla Luna est melior ea.

De quarto capitulo. Debes habere septem sales, quæ sunt sal nitri baurak, sal gemma, sal aluali, sal commune, Alumen,

bus præparatio sua, est subtiliare ipsum, et mutare in naturã vel materiam primam & in aliã naturam altiorem prima.

De capitulo 4. ad solem, mitte terram, aerem, aquam, ignem mercurium rubeum, & fermentum solis, & de corpore plumbum, aut aliud. Ad lunam, mitte terram, aquam, aerem, mercurium, fermentum lunæ & cuprũ, aut aliud de corporibus.

De 5. capitulo fermentũ non est nisi, de sole & luna, & fit hoc modo, fac ea calcem, & ablue, & solue, & mollescunt et indurescunt, vt sint de prima materia, & misceatur bene cũ corpore minori, scilicet cũ calce de plumbo ad solem, & de calce cupri ad lunam.

CAP. I.

De dictionē quarta capitulo primo: corpus ideo præparatur, vt spiritus possit cum eo citius adunari: quia si corpus prius nō pręparetur, nihil valeret: hoc dicit propter calcē corporis, quæ debet cōiungi elementis & mercurio: quādo sublimas sulphur, aut auripigmentū, aut sal armoniacū nō aperies aliter donec sit frigidū: nō remaneat quin corpus minus: hoc dicit pro calce, quod vis coniungere cum fermento, sit sublimatum & induratum, & mollefactū bis vel ter. Corpus minus est cuprum, vel plumbum: quia accipe cuprum, & fac ipsum calcem, & fac valde album multotiens, & solue, & habebis argentum.

De

De 4. capitulo: In Elixir miſcent corpus, corpus & ſpiritum, id eſt, mercurium, & elementa, & fermentum, & de omnibus fit confectio vna. Elixir eſt verbum græcum, & dicitur ic. xir. ic. eſt melius, xir eſt cenſus: vnde dicitur melior de theſauris, ſed Al eſt articulus Arabicus.

CAP. I.

De dictione 5. cap. 1. cuprum eſt tribus modis, ſcilicet hermenicum, naturale, & nauarrere, eſt calidum & ſiccum, ſed non eſt multum calor ſuus, & eſt humidum alumlum, quia aliter non ſolueretur. Et cuprum fit de auro viuo groſſo, & de ſulphure rubeo cocto in ventre terræ per centena annorum,

ſed

ſed non eſt coctum tantum, vt aurum, et non eſt combuſtum ſicut ferrum, et ideo eſt leue ad mutandum, et eſt magis propinquum argento quod auro, quia habet de ſulphure minus quam de auro viuo, et quando percutis cuprum, ſi ſonat, illud eſt melius, ſed non opereris de cupro armenico in hoc magiſterio, cuprum tale eſt nigrũ, et multitudo ſulphuris quæ eſt in eo confundit ipſum, et ideo nõ potes lauare ipſum, nec album facere, quia nõ poteſt dealbari, niſi per multitudinem auri viui. Et aurum viuum eſt argentum vbi, quia argentum eſt coctum magis, et ſi tu percutias in cupro armenico, ſonabit ſicut res combuſta.

De capitulo ſecundo plumbũ eſt 4. modis, plumbum mixtum cum ſtanno, et plumbũ naturale, et plumbum euchachia, et plumbum geſſuri, et natura ſua eſt frigida et ſicca, et plus eſt de frigiditate quam de ſiccitate, et in eo eſt multa humiditas, et plumbum eſt de auro viuo groſſo, et de ſulphure groſſo, et plus de auro viuo, non eſt multum coctum, et ideo remanſit molle, et ſoluitur ſtatim; et quia argentum viuum eſt ibi multum, eſt magis de natura auri. Vbi quia aurum eſt de pulchro auro viuo et de pulchro ſulphure, et hoc eſt de groſſo auro viuo, et de groſſo ſulphure ſpiſſo non claro; et aurum eſt coctum et illud eſt crudum; et qui ſcit præparare le-

uiter

viã, invenimus ſulphur cõmune conueniẽter commiſcere in Elixir rubea et alba, licet ſit melius cum rubea Elixir: et invenimus arſenicum cũ albo melius experimẽto: cum tamen omne omni ſit conueniens. Amplius poſſibile eſt nobis, vt præparemus cum rubeo bonitatem aliquã quæſtus, rubificamus ipſum cum rebus quas ignis rubificat, ſiue rubefacit, et ſunt aquæ atramentorum, et ſunt tingentes in citrinũ: eſt ergo illud quod eſt ad albificandum [illegible] bum cum proventu intentionis ſuæ magis intellectæ rubeum rubificans. Subſtãtia igitur cõiunctiua hic: eſt humiditas aggregata, quam ignis non ſeparat: etiam pervenit ad nos ex his oleis.

Cap.

CAP. V.

*De inquisitione substantiæ fixæ, quæ est de eis, quæ diximus.*

QVæsiuimus substantiā fixā, & inuenimus eā esse omne quod non fugit ab igne, & ipsa est, aut corpora liquefactiua, aut nō liquefactiua: & inuenimus omnia illa operationē recipientia aut prohibentia nos. Verumtamen liquefactiua propinquiora sunt in assimilatione et meliora, et in ipsis dum permanent corpora habentia coniunctam liquæfactionem, non est possibile cōmisceri aliquid, & dum sublimantur fracta: partes cum quibus possibile est currere fixam, possibile est ut redeant ad dispositionem suam super ignem: oportet ergo vt aduramus ea & calci-

calcinemus, etsi possibile est vt calcinemus ea, post combustionem faciamus, ita vt fiant puluis, qui forsan non curret. Etiam quidem destruitur ab eis forma specierum eorum: quoniam Arist. declarauit in auditu naturali, quod experimentum destruit formam specificā: Cum ergo perveneritita, possibile erit nobis, vt per ea consequamur intentionem: & vidimus & bene; vidimus vt assumamus argentum & stannum, aut ex argento quod melius est, aut ex plumbo & auro, aut ex auro quod melius est, aut ex ære, & calcinabimus ea; & possibile est nobis vt accipiamus calcem ex argento, & est cerussa alba, & erit vnum ex albificantibus, aut

ex au-

ex auro, et est puluis rubeus sicut vizisur, et erit vnum ex rubificantibus.

## CAP. VI.

### *De compositione Elixir.*

POstquam ad album peruenerint oleum & tinctura & calx & omnia illa albificantia, & ad rubeum tinctura & oleũ & calx, & omnia illa rubificantia: necesse est nobis componere inter ea, & permiscere ea, vt sint substantia vna, & illud quod non est possibile, nisi per introitũ ipsorum & commixtionẽ ipsorum: & nos iam vidimus in eis in quibus usi fuimus modis experientiæ, quod cum aquæ permiscentur & commiscentur vehementer, deinde excoquuntur, exsiccantur & coagulantur; conglutinan-

tinantur ita, quod si vicerit summa volatilis summam fixi; volabit cum ea, et si non vicerit figetur intro cum ea, fit igitur æqualiter. Et vidimus plurimas res resolui & coagulari, & virtutem earum remanere in Elixire, de quibus sunt sal cõe, alumem & sal armoniacus & dragantum: & sciuimus quod prædicta plura scientiæ naturalis quod est possibile vt res substantiæ quarum radix est ex terra & aqua resoluantur: & currentes fiant, deinde sciuimus per canones alios ꝙ istæ Elixir prædictæ cum resoluũtur, non prohibet earũ resolutio ab operationibus radicalia omnino; imo remanet nobis de virtute earũ ꝙ volumus: testificatur enim ad credẽdã meditatio-

tionem experimentum. Vidimus ergo de rebus convenientiores ad illud, resolutionem & cursum, deinde congelationẽ, vt vnione substantia radicis fiat res vna, stans, tingens, profundans, consolidans, perseuerans: & æstimauimus, quod quando usi fuimus cõscrutatione aquarum calidarum permixtarum, resolutarum, commixtarum, secundum assiduitatem quod erit illud loco resolutionis: fecimus ergo illud in rebus ad experiendum: & quantoque valuit, & quandoque nõ valuit aut propter debilitatem instrumentorum, aut defectum in opere aut propter res particulares accidẽtes in opere; quæ non comprehendũtur. Fuit ergo nostra intẽtio

tio ad hæc duo capitula in summa complementi artis Elixir. Aduenit ergo cum laude Dei intentio quæsita, & fuerunt radices albi, argentum viuum prę-paratum, & sulphur, & arsenicũ albificatum, & cerussa corporis, quæ coniuncta & permixta sunt Elixir integra: & fuerunt radices citrini, sulphur pręparatum, & argentum viuũ præparatum, & arsenicum albificatum & rubificatum; & calx corporis, & melius in illo est, vt omnia sint rubificata: deinde componantur, vt fiat ex eis Elixir integra.

## CAP. VII.

*De elementis extractis à partibus animalium, & eorum comparatione ad elementa mineralia.*

Postea audiuimus & vidimus

multotiens, quod possibile est vt ex capillo & ouo, & sanguine, & multis partium animaliũ fiat Elixir. Incipimus ergo experiri an hæc haberent suspensionem & impressionem in corporibus liquefactiuis: Inuenimus itaq; ea non imprimere sed fumũ eorũ: Ipse n. suspenditur cum corporibus ita quod cooperit argẽtum cum citrinitate: & similiter argentum ignitum cũ submergitur in eo imprimitur. Sciuimus ergo quod in eis est tinctura, & q; in eis est suspensio: & sciuimus quod capilli & sanguinis & omnium decoctorum salsorum coagulantur aquæ in salẽ: & sciuimus quod quando volumus separare tincturã, & suspensionem ab eis non est possibile q; sit nisi cum

cũ igne & sublimatione, ita vt nõ tingant: & sciuimus q̃ primũ q̃ ex eis distillatur est aqua, deinde oleum, quoniã fixius est super ignem: distillamus ergo ea cum igne subtili in cucurbita & alẽbico: distillata est ergo aqua: deinde incepit oleum cum igne distillari, distillamus ergo ambo tã diu donec finita fuerint, & remanserit lex; quã cum igne mul totiẽs tã diu cõbussimus, donec exiuit calx fixa super ignẽ; aduenit ergo nobis ex ea calx fixa, deinde sciuimus q̃ tinctura est in oleo rectificauimus ergo ipsũ, deinde decoxim⁹ ipsũ nõ in re alia, nisi in aqua sua, cũ sit aqua eius calida & salsa, & cõgelet' in salẽ armoniacũ tali decoctione leui tã diu donec extraxim⁹ tincturã ei⁹

deinde accepimus oleum, & decoximus ipſum in aquis temperatis in acuitate tam diu donec purgauerimus ipſum & dealbauerimus ipſum, & vſtionem remouerimus ab eo: peruenerunt ergo per illud liquefactio & ſuſpenſio, [&] deſtructa eſt ab ipſo aduſtio, & purgauimus eius calcem tã diu, donec facta eſt puluis albus ſicut nix: & invenimus aquam eius hic ſicut argentum viuum in mineralibus, & oleum ipſius ſicut eſt ſulphur, aut arſenicum; & calcem eius ſicut eſt calx argenti vel auri in mineralibus: & Elixir aggregata eſt ex eis ſicut Elixir, quæ eſt ex mineralibus; verumtamen largior eſt & melior, & abundantius operans & ſublimius.

## Cap. VIII.

### *De preparatione spirituum & elementorum ex animalibus.*

ARgentum quidem viuum accipias & congelas ipsum cum vapore stanni si est ad albũ, aut plumbi, si est ad citrinũ: & illud est vt ponas ipsum in fouea, et pulverises super ipsum ad album cinerem aut marchasitam argenteã, et ad citrinum, marchasitam auream, aut sulphur, aut cinerem etiam, et effundatur super faciem eius rosa salasiob fusum: ita vt non misceatur ei: fiat illud multotiens donec congeletur in lapidem: et quandoque ponimus ipsum in concauitate plumbi, et fingimus pistillum mortarii in plumbũ bene donec fortasse congeletur, et

ſuperponimus ipſum ei, deinde euellimus ipſum cum ferro mul totiens donec congeletur in lapidē, & ſi ipſum cōgelare volumus, conterimus ipſum cum ſinapi contrito cum aqua donec moriatur in ipſa, deinde permiſceamus cum ſale & atramento, poſtea ſublimabimus ipſum ab eis multotiens; tunc ſi eſt ad rubeum imbibimus ipſum poſt aſſationem & ſublimationem rubedine ſulphuris in aqua ſua, & ſublimabimus ipſum, & aſtringimus donec coaguletur & congeletur in collo kimenæ, omnis vero ſublimatio ſiue congelatio & conſtrictio, eſt poſt diſtillationem. De Arſenico vero & ſulphure viſum eſt eſſe conueniens, vt terantur valde cum lima-

limatura ferri & decoquãtur in ipſa cum aceto, donec exſiccẽtur, deinde aſſentur, poſt ſublimentur, & iteretur opus, ſiue incerentur cum ſale & atramento & talc, & nora, & calce maiori: & quandoq; conſtringuntur à vitro & ære vſto ſingulariter aut coniunctim, & cõgelantur ſicut ſal & criſtallus, & iteretur ſublimatio multotiens donec ad finem perueniat. Oleum vero de capillis & reliquis poſt ſui cõgelationem cum calore nõ feruente aſſidue donec inſpiſſetur; deinde poſt acceptionẽ tincturæ ab eo, decoquatur in aqua, in qua iam decoctum eſt talc & calx & forte aluali tam diu donec egrediatur ab eo nigredo eius & dealbetur.

CAP. IX.

*De calcinatione corporum.*

COrpora quidem quandoq; appodiantur, id est lauantur sale armoniaco et aceto, et quãdoq; aduruntur cũ adurentibus tã diu donec recipiãt contritionẽ cum sale armoniaco. Et sulphure, et quandoq; cibantur argento viuo tam diu donec sublimetur ab eis argentũ viuũ multotiens donec remaneat puluis, deinde illud quod quæritur ad album imbibatur aqua salis distillata et teratur et dimittatur semper cum alba tamẽ siue ablutum fuerit, donec fiat res cui non sit pars: et illud quod quæritur ad citrinum, imbibatur aqua atramentorum vnius et vnius, aut coniunctim, et rubedine

dine sulphuris aut aliorum, et oleo ouorum, et assiduetur assatio eius donec rubificetur, et fiat puluis cui non sit pars.

## Cap. X.

### *De resolutione.*

FAciliorem vero modũ quem vidimus ad resoluendum est conuersio naturæ specierum ad res recipientes resolutionem in sua substantia, sicut sal & atramenta: & vidimus fortiorem earũ esse salẽ armoniacum, ipsum itaque resoluimus & assiduauimus imbibitionem rei ex eo terendo, & assationem eius cum calefactione tam diu donec cõgeletur totũ in salẽ armoniacũ. Et illud est vt effundatur super ipsum quantitas aliqua salis ar-

moniaci resolut': deinde dimittimus ipsum corpus donec dẽsetur deinde ponamus ipsũ in sacraitati id est in sartagine, vel bruma: quod est genus vasis, & approximamus ipsum igni leui, cumq; fringere incœperit, remoueamus ipsum, deinde imbibamus ipsum: postea iteremus illud, & faciamus illud vicibus 10. deinde imbibemus & iteremus imbibitionẽ rursus, & faciamus illud donec inceretur, & est vt liquefiat super ferrum ignitum: deinde dissoluatur in aquam, & non remaneat ei vestigium ex 20. imbibitionibus, vsque ad 30. imbibitiones, & non multiplicatur nisi quãdo volumus compositionem per contritionem, & rectius quidem Elixir rubeus

est

est vt sal armoniacus resolutus sit rubeus ita vt imbibatur ex aqua atramēti, & sublimetur donec rubificetur, deinde resoluat. Ipsę vero aquę animaliū suntqui bus ipsa cerātur & rubificentur: Cumq; cerantur resoluimus ea si volumus cū inhumatione in kimena habente os longū ligatū in fimo discooperiēdo super eā & cōmutando fimū, vel suspensione in puteo resolutionis, vel modis aliis inhumationis eorū in roribus; & suspendemus in puteis, aut in cucurbita cæca, cum vapore aquarū calidarū: & sunt aquæ in quib. decocta sunt aluali & nora vicibus plurimis, adeo donec in ipsis aduratur pēna, & piiciatur in eis sal armoniacus. Etsi q̄rat̄ ad rubedinē, ponatur

in eis ſal & atramenta. Nā cum nos in his viis inceſſerimus, reſoluetur quod in eo eſt inter 40. dies, vſq; ad tres menſes. Cumque reſoluentur aquæ, congregabimus eas & inhumabimus eas in fimo donec commiſceantur. Deinde ponamus eas in inſtrumento inhumationis, & inhumabimus eas in cinere calido, donec rubeſcant, deinde exſiccentur & coagulentur, & eſt Elixir: & quandoque imbibemus ipſum aquis acutis donec permiſceantur cum illo, & reſoluantur adinuicem, & aſſabimus ipſum, et faciemus illud quantitate 30. vicium et plus vel minus, donec penitus non euaporet, aut euaporet totum: Et ſcias quod quādo euaporat totū

tunc

tunc iam bene operatus es in compositione, sed errasti in calce. In frigida ergo ipsum, & ingenia vt addas in tinctura & suspensione, dum tamen in hoc nō sit exitus à termino, ita vt totum euaporet.

## CAP. XI.

*De complemento huius operis, & de proprietate Elixir, & qua sit eius virtus.*

Hæc Elixir tingit tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua, & oleum quidem est aggregatiuum siue aggregās, & coniungens inter tincturam subtilem valde & calcem, & argentum viuum est deferens tincturam, & cum profundatur in aliquo oleum antecedens cum

calce tingẽte cum tinctura profundatur cũ eo; & quãdo figitur calx figitur cum ea, & nõ separãantur ab inuicẽ pp vehementiã cõmixtionis siue cõtinuationis: & extractũ calcis est terra: Et album quidem completur tribus rotis, in quibus non est ignis: & citrinum completur 4. rotis.

*Explicit exempla cum laude Dei & eius auxilio, exempla dico Abbuali Principis cognomine Auic. ad Hasen Regem patrem suum de re tecta.*

Capitulum primum est primo vtrum ars sit vera: secũdo de proprietatibus & operationibus Elixir, & componentium eam. Secundum de inquisitione tincturę albę; & est totaliter de subli-

limatione Mercurii, & concernentibus eam: tertium de inquisitione tincturæ rubeæ; & est totaliter de extractione rubedinis à sulphure & armoniaco & de rubedine Mercurij· quartū de substātia permiscibili liquefacto, & est totaliter de substantiæ coniunctione, siue substantiæ albæ sulphuris & armoniaci sublimatione & præparatione, & de concernentib. hæc: quintum de inquisitione substantiæ fixæ: & est quod oportet habere corpora calcinata: sextum de compositione Elixir, in quo docet, 6. notabilia ad componendum Elixir. Item de inceratione & intrantibus Elixir: septimum de extractione & rectificatione elementorum, de partibus animalium

lium & eorum comparatione ad elementa mineralia: octauum de præparatione spirituum & elementorum: & est primo de præparatione sublimatione & rubificatione Mercurij secundo de præparatione & sublimatione sulphuris & armoniaci, tertio de præparatione olei animalis: nonum de calcinatione corporum: decimum de resolutione: & est de niceratione, solutione & vera mixtione: vndecimum de operationibus Elixir & partium eius.

*Expliciunt capitula.*

*Tabula super præcedentem librum.*

ſtruere duplex vm. 4. ſignum quod aduſtio ſit remota. 4. Elixir proprietates & operationes, id eſt, 1. 2. ſex notabilia ad componendum Elixir. 6. Per niceratioriem poteſt Elixir compleri. 6. Item, 10. bis numerus intrantium Elixir. 6. Elixir ex vegetabilibus præcellit Elixir ex minoralibus. 7. mineralia ſunt meliora ad Elixir quam vegetabilia. 5. quæ mineralia ſunt meliora tam ad album quam ad rubeum. 5. aquæ omnium ſalſorum coagulantur in ſalem. 7. Argentum viuum quære in Mercurio: Arſenicum quære in ſulphur. Calcinatio corporum eſt neceſſaria. 5. de calcinatione corporum. 9. calces rubificare. 9. diſtillatio lapidum. 7. elementorum extra-

lium & eorum comparatione ad elementa mineralia: octauum de præparatione spirituum & elementorum: & est primo de præparatione sublimatione & rubificatione Mercurij secundo de præparatione & sublimatione sulphuris & armoniaci, tertio de præparatione olei animalis: nonum de calcinatione corporum: decimum de resolutione: & est de niceratione, solutione & vera mixtione: vndecimum de operationibus Elixir & partium eius.

*Expliciunt capitula.*

*Tabula super præcedentem librum.*

ſtruere duplex vm. 4. ſignum quod aduſtio ſit remota. 4. Elixir proprietates & operationes, id eſt, 1.2. ſex notabilia ad componendum Elixir. 6. Per niceratiorem poteſt Elixir compleri. 6. Item, 10, bis numerus intrantium Elixir. 6. Elixir ex vegetabilibus præcellit Elixir ex minoralibus. 7. mineralia ſunt meliora ad Elixir quam vegetabilia. 5. quæ mineralia ſunt meliora tam ad album quam ad rubeum. 5. aquæ omnium ſalſorum coagulantur in ſalem. 7. Argentum viuum quære in Mercurio: Arſenicum quære in ſulphur. Calcinatio corporum eſt neceſſaria, 5. de calcinatione corporum. 9. calces rubificare. 9. diſtillatio lapidum. 7. elementorum extra-

tractio&rectificatio,7.cōparatio elementorū vegetabiliū ad elemēta mineralia,7. præparatio olei lapidū.8.fimus equinus,3.Itē, 10. bis fixio duplex. id est, caussa fixionis, 4. figi potest medicina sola inceratione,6.Itē,10.bis fixa substātia est duplex,5. sed mineralis est melior vegetabili ad Elixir, 5. Itē, q̄ mineralium est alia melior tā ad album q̄ ad rubeū. 5. Inceratione sola potest Elixir cōpleri,6. Item 10.bis.Inceratio quomodo fit, 10.Incerationis signum 10, Incerationum sequit' solutio,10.lapidum distillatio, 7. liquefactio quid est, 4. Mineralia sunt meliora quam vegetabilia ad Elixir, 5. Elixir ex vegetabilibus præcellit Elixir ex mineralibus, 7. quæ mineralia sunt me-

meliora tam ad album quam ad rubeum, 5. comparatio elementorũ mineralium ad elementa vegetabilia, 7. mixtio poteſt fieri ſola inceratione. 6. Item, 10. bis. Mixtio quando & vbi debet fieri, 10. Item, 3. argentum viuum fugat ignis, ſed non comburit; quare humiditas Mercurii nõ poteſt ſeparari, 2. ſublimatur Mercurius, vt fiat pmiſcibile & peruiũ. 2. Congelatio Mercurii duplex, 8. ſublimatio Mercurii & præparatio ante ſublimationem, 2. Itẽ, 8. Rubificatio Mercurii, 3. Item, 8. oleum quid eſt & eius generatio, 4. rubedo à quibus extrahitur, 3. extractio rubedinis à ſulphure & argento & eius pparatio 3. Mod' rubificãdi Mercuriũ cum ea, 3. Itẽ 8. rubificãtur

res cum aquis atramentorum, 4. Rubificare calces, 9. rubificare salem armoniacum, 10. Salsorum omnium aquæ cōgelantur in salem, 7. sal armoniacus est fortius inter omnia soluētia, 10. salis armoniaci rubificatio, 10. Solutio, de ea plura notabilia, 6. Item, omnia soluentia sal armoniacus est fortius, 10. solutio sequitur niceratīonem, 10. locus solutionis triplex, 10. tēpus solutionis, 10. sublimatur Mercurius, vt fiat permiscibile & primū, 2. sublimatio Mercurii & p̄paratio ante sublimationē, 2. Item, 8. terminus sublimationis, 2. de sublimatorio & partibus eius, 2. de diuersis coloribus sublimati, 2. præparatio substantiæ albæ sulphuris & armoniaci duplex, scil.

sub-

ſublimatione & decoctione, 4. præparario ad ſublimationem ſulphuris&armoniaci, 8. ſulphuris&armoniaci rubedo quomodo extrahitur vide in Rubedo præparatio ſubſtantiæ albæ ſulphuris & Arſenici duplex, ſcil. ſublimatione & decoctione, 4. diſſimiliter ſe habent ſulphur & armoniacum ad album&rubeũ, 4. præparatio ſulphuris & armoniaci ad ſublimationem, 8. vaporationis cauſſa ter, 4. quare aliquid non vaparat, 4. vitrificantia, 2.

*Non mea ſcripta nego, lege ſcripta quæ tibi lego.*
*Arſenicum fore dic animam, ſed ſpiritus eſſe*
*Argentum viuum, calx corpus dicitur eſſe*
*Spiritus eſt tingens animam ſubiungere dicas.*

Tin-

*Tingens & margens calx figit & est ut Elixir.*
*Est aqua stillantis oleum vitaque fit auri*
*Pigmentum vita corporum stat calx animalis*
*Vnum coniungit, duo componunt medicinam.*

Elixir componitur ex 3. scilicet ex calce metalli vilis & pretiosi, & vocatur corpus, & substantia fixa; & ex argento viuo præparato quod est secundum & tertium est substantia coniunctiua & est spiritus aereus coniungens reliqua duo, & continens ne ab inuicem diuidantur & est fixio ex primo col. ex secundo connexio, ex sexto in quo est tota occultatio : sed ad Solem rubificentur omnia cum virtute ignea sulphuris.

Ex

Explicit.

## *Ad Raymundum qui scripsit de viridi Leone.*

***Incipit breue breuiarium fratris Rogeri Bacon, de dono Dei.***

Breve breuiarium breuiter abbreuiatum sufficit intelligenti, si fuerit diligens: Ignoranti autem atque negligenti breuis est prolixitas: Intelligenti itaque loquor atque diligenti, qui & fundamenta regulæ naturalis, quæ Alchymia naturalis innuitur à cũctis quidẽ philosophis posita nõ de-

deponit, ne male ſuppoſita fuiſſe ſupponit. Non illis quippe ignorantibus loquor qui vt bruta ſenſibiliter ambulantes ea ſolum credunt eſſe poſſibilia, quæ communis vſus, & inferioris naturæ communis curſus communiter operatur. Ille pro certo eſt philoſophiæ naturalis & rationis inimicus quicunque naturalem eſſe poſſibilemque metallorum inuicem tranſmutationem negat. Et tu quoque ô pater Raymunde qui etiam ſolum quartum librũ Metheororum credis, & vnica auctoritate hanc tãtam talemque ſcientiam condemnas: Hoc ſolum habes in tua defenſione quod in eodẽ, quarto libro capitulo vltimo dicitur. Sciant artifices Alchymiæ ſpecies

cies vere transmutari non posse, &c. Quia autem non intelligentis tui contra verum sæuit opinio, quam solũ, quarto Metheororũ sufficienter suffultam æstimas, ac defensam pro veritatis naturalisq; rationis defensione pugnabo: Inermis quidem pugnam securus aggredior: sciens quoniam baculo tuæ defensionis corrues; scutumque meæ defensionis totum pro me non ex opposito deferens: Et erroris proprii fidelis testis effectus Alchymiam naturalem atque possibilem in metallorum transmutationibus ore proprio prædicabis. Ne autem par in parem imperium gerere videatur, omnibus aliis defensionibus armis renuncio. Lilius solius, quar-

ti libri Metheororum quam pro te maxime contra me vero potissime prætulisti contentus auctoritatibus tanquam armis naturalibus sapientiæ manibus fabricatis, metallorum inuicem transmutationem esse possibilem auctoritates philosophorum probant, quod ratio naturalis instruxit, sicut ex quarto Metheororum probari dinoscitur.

*De compositione metallorum.*

Incipiamus ergo generationem metallorum ostendere, modumque compositionis eorum. Si autem inter inferiora corpora euidentem habent cōpositionis rationem: quod ex eorum ductibilitate, & alienæ sub-

ſubſtantiæ permixtionis repulſione probant philoſophi, ſecundum quod vbique fere in libris eorum Alchymicis atque naturalibus reperitur, metalla omnia ex ſulphure & argento viuo naturaliter atque materialiter eſſe compoſita docuerunt: Specierum vero metallorum diuerſitatem, ex diuerſitate depurationis materiæ, & digeſtionis rationabiliter aſſeruerunt peruenire: Hoc itaque ponimus ſicut & philoſophia ponit, & ratio cui concordat vſualis experientia minerarum pro Alchymiæ naturali, rationabili, atque inexpugnabili fundamento. Oportet ergo tecum ó pater promiſſa reddendo agere, & pro defenſione mea: Imo

verius rationis tuo vti baculo, vt ſic mirabilior laudetur victoria. Tum & Alchymia defenſa fuerit quibus patet amplius impugnari. Diximus pro fundamento quod metalla omnia compoſita ſunt ex ſulphure & argento viuo: quod ſic quidem intelligendum accipimus, vt in modū compoſitionis referamus in libro quarto, Metheororū quod contra opinionem meam ſcriptum eſt. Argentum viuum eſt elementum ductibilium, & eſt vt aqua quæ miſcetur cum terra nimium ſubtili mixtione forti. Et propium eius eſt quod coagulatur ex vapore ſulphuris. Videtur vero quod argentum & quæ ſunt ſimilia, elementa ſunt omnium ductibilium: Et

ideo

ideo miſcetur argentum viuum cum naturalibus corporibus, quia eſt de ſubſtantia eorum. Et ſi fuerit argentum viuum purum, coagulabit illud vis ſulphuris albi non vrentis. Et iſtud eſt res optima, quam recipere poſſunt illi qui operantur Alchymiam, vt conuertant illud in argentum. Et ſi fuerit mundum ſulphur optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis ſimplicis non vrentis, erit res optima quam recipere poſſunt Alchymiſtæ, vt ex eo faciant aurum: hoc enim ipſum conuertit in aurum. Et ſi fuerit argentum viuum bonæ ſubſtantiæ, & ſulphur non purum, quod ſcilicet ſit in eo vis adurens conuertit ipſum

in æs. Argentum etiam viuum si fuerit malum porosum, immundum, terreum & sulphur non mundum, fiet ex eo ferrum. Stannum vero videtur argentum viuum bonum habere, sulphur vero malum; & hæc non bene mixta: Plumbi vero grossi, Argentum viuum est malum ponderosum, luteum, sulphur eius malum mali vaporis, & fœtidi, & debilis, vnde non bene gelatur. Artifices faciunt gelationem fere sensibilem artificialiter; quamuis artificialia non eodem modo sint quo & naturalia, nec tam certa, licet propinqua sint & similia: Et ideo creditur, quod compositio eius naturalis sit hoc modo,

vel

vel vicina huic: ſed ars debilior eſt quam natura, nec conſequitur eam, licet multum laboret. Sciant artifices Alchymiæ ſpecies vere tranſmutari non poſſe; ſed ſimilia poſſunt facere, & tingere rubeum citrino, vt videatur aurum, & album tingere colore, quo volunt donec ſit multum ſimile auro aut æri: Poſſunt etiam plumbi immunditiam abſtergere, verumtamen ſemper erit plumbum, etſi videatur argentum: Sed obtinebunt qualitates alienas, vt errent in eo homines, vt qui accipiunt ſalem & ſalem armoniacum.

Cæterum ꝙ doctrina ſpecifica

*Tingens & margens calx figit & est ut E-*
*lixir.*
*Est aqua stillantis oleum vitaque sit auri*
*Pigmentum vita corporum stat calx ani-*
*malis*
*Vnum coniungit, duo component medi-*
*cinam.*

Elixir componitur ex 3. scilicet ex calce metalli vilis & pretiosi, & vocatur corpus, & substantia fixa; & ex argento viuo præparato quod est secundum & tertium est substantia coniunctiua & est spiritus aereus coniungens reliqua duo, & continens ne ab inuicem diuidantur & est fixio ex primo col. ex secundo connexio, ex sexto in quo est tota occultatio : sed ad Solem rubificentur omnia cum virtute ignea sulphuris.

Ex

Explicit.

## *Ad Raymundum qui scripsit de viridi Leone.*

***Incipit breue breuiarium fratris Rogeri Bacon, de dono Dei.***

BReve breuiarium breuiter abbreuiatum sufficit intelligenti, si fuerit diligens: Ignoranti autem atque negligenti breuis est prolixitas: Intelligenti itaque loquor atque diligenti, qui & fundamenta regulæ naturalis, quæ Alchymia naturalis innuitur à cũctis quidẽ philosophis posita nõ de-

deponit, ne male ſuppoſita fuiſſe ſupponit. Non illis quippe ignorantibus loquor qui vt bruta ſenſibiliter ambulantes ea ſolum credunt eſſe poſſibilia, quæ communis vſus, & inferioris naturæ communis curſus communiter operatur. Ille pro certo eſt philoſophiæ naturalis & rationis inimicus quicunque naturalem eſſe poſſibilemque metallorum inuicem tranſmutationem negat. Et tu quoque ô pater Raymunde qui etiam ſolum quartum librũ Metheororum credis, & vnica auctoritate hanc tãtam talemque ſcientiam condemnas: Hoc ſolum habes in tua defenſione quod in eodẽ, quarto libro capitulo vltimo dicitur. Sciant artifices Alchymiæ ſpecies

cies vere transmutari non posse, &c. Quia autem non intelligentis tui contra verum sæuit opinio, quam solū, quarto Metheororū sufficienter suffultam æstimas, ac defensam pro veritatis naturalisq; rationis defensione pugnabo: Inermis quidem pugnam securus aggredior: sciens quoniam baculo tuæ defensionis corrues; scutumque meæ defensionis totum pro me non ex opposito deferens: Et erroris proprii fidelis testis effectus Alchymiam naturalem atque possibilem in metallorum transmutationibus ore proprio prædicabis. Ne autem par in parem imperium gerere videatur, omnibus aliis defensionibus armis renuncio. Illius solius, quar-

ti libri Metheororum quam pro te maxime contra me vero potissime prætulisti contentus auctoritatibus tanquam armis naturalibus sapientiæ manibus fabricatis, metallorum inuicem transmutationem esse possibilem auctoritates philosophorum probant, quod ratio naturalis instruxit, sicut ex quarto Metheororum probari dinoscitur.

*De compositione metallorum.*

Incipiamus ergo generationem metallorum ostendere, modumque compositionis eorum. Si autem inter inferiora corpora euidentem habent cõpositionis rationem: quod ex eorum ductibilitate, & alienæ sub-

ſubſtantiæ permixtionis repulſione probant philoſophi, ſecundum quod vbique fere in libris eorum Alchymicis atque naturalibus reperitur, metalla omnia ex ſulphure & argento viuo naturaliter atque materialiter eſſe compoſita docuerunt: Specierum vero metallorum diuerſitatem, ex diuerſitate depurationis materiæ, & digeſtionis rationabiliter aſſeruerunt peruenire: Hoc itaque ponimus ſicut & philoſophia ponit, & ratio cui concordat vſualis experientia minerarum pro Alchymiæ naturali, rationabili, atque inexpugnabili fundamento. Oportet ergo tecum ó pater promiſſa reddendo agere, & pro defenſione mea: Imo

 ve-

verius rationis tuo vti baculo, vt ſic mirabilior laudetur victoria. Tum & Alchymia defenſa fuerit quibus patet amplius impugnari. Diximus pro fundamento quod metalla omnia compoſita ſunt ex ſulphure & argento viuo: quod ſic quidem intelligendum accipimus, vt in modũ compoſitionis referamus in libro quarto, Metheororũ quod contra opinionem meam ſcriptum eſt. Argentum viuum eſt elementum ductibilium, & eſt vt aqua quæ miſcetur cum terra nimium ſubtili mixtione forti. Et propium eius eſt quod coagulatur ex vapore ſulphuris. Videtur vero quod argentum & quæ ſunt ſimilia, elementa ſunt omnium ductibilium: Et

ideo

ideo miſcetur argentum viuum cum naturalibus corporibus, quia eſt de ſubſtantia eorum. Et ſi fuerit argentum viuum purum, coagulabit illud vis ſulphuris albi non vrentis. Et iſtud eſt res optima, quam recipere poſſunt illi qui operantur Alchymiam, vt conuertant illud in argentum. Et ſi fuerit mundum ſulphur optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis ſimplicis non vrentis, erit res optima quam recipere poſſunt Alchymiſtæ, vt ex eo faciant aurum: hoc enim ipſum conuertit in aurum. Et ſi fuerit argentum viuum bonæ ſubſtantiæ, & ſulphur non purum, quod ſcilicet ſit in eo vis adurens conuertit ipſum

in æs. Argentum etiam viuum si fuerit malum porosum, immundum, terreum & sulphur non mundum, fiet ex eo ferrum. Stannum vero videtur argentum viuum bonum habere, sulphur vero malum; & hæc non bene mixta: Plumbi vero grossi, Argentum viuum est malum ponderosum, luteum, sulphur eius malum mali vaporis, & fœtidi, & debilis, vnde non bene gelatur. Artifices faciunt gelationem fere sensibilem artificialiter; quamuis artificialia non eodem modo sint quo & naturalia, nec tam certa, licet propinqua sint & similia: Et ideo creditur, quod compositio eius naturalis sit hoc modo,
vel

vel vicina huic: ſed ars debilior eſt quam natura, nec conſequitur eam, licet multum laboret. Sciant artifices Alchymiæ ſpecies vere tranſmutari non poſſe; ſed ſimilia poſſunt facere, & tingere rubeum citrino, vt videatur aurum, & album tingere colore, quo volunt donec ſit multum ſimile auro aut æri: Poſſunt etiam plumbi immunditiam abſtergere, verumtamen ſemper erit plumbum, etſi videatur argentum: Sed obtinebunt qualitates alienas, vt errent in eo homines, vt qui accipiunt ſalem & ſalem armoniacum.

Cæterum ꝙ doctrina ſpecifica

aliquo tollatur ingenio ego non credo possibile. Nec est quod vna complexio in aliam vertatur: quia ista sensibilia non sunt doctrina, qua permutatur species, sed sunt accidentia, & proprietates; doctrinæ autem eorum non sunt cognitæ: quod cum doctrina sit ignota, quomodo potest sciri vtrum tollatur ratione, vel quomodo tolli possit; sed expoliatio accidentium, vt vaporis, coloris, & ponderis, vel diminutio non est impossibilis, nec contra hæc ratiocinatio stat, Cæterum portio cõpositionis istarum substantiarum non erit in omnibus eadem: Hæc ergo in illam permutari non poterit, nisi forte in

pri-

primam reducantur materiam: & ſic in aliud quam prius erat permutetur: Hoc autem per ſolam liquefactionem non fit, ſed accidunt ei ex hoc res quædam extraneæ: Hucuſque exitus eſt, finiſque quarti Metheororum. In cuius prima parte contra te ô pater Raymunde euidens eſt ratio: Et in vltima quoque licet pro parte tua ſuperficialiter videatur: Hoc enim plane ſcribitur: metalla quidem omnia ex argento viuo eſſe, & ſulphure ipſum argentum viuum coagulantur. Ex quo concluditur omnium metallorum & vnam eſſe naturam vnitate ſpeciei: quia ſolum eſt argentum viuum vnius ſpeciei, nec diuerſarum ſpe-

cierum inueniuntur ſulphura. Iſta autem materia eſt diuerſificata ſecundum diuerſitatem depurationis & digeſtionis diuerſitatem conſequitur ſpecierum, vt ibidem plane innuitur vndique vna exeunte materia argento ſcilicet viuo & ſulphure: quod ſic patet. Ait enim primo: Si fuerit argentum viuum purum, coagulabit illud vis ſulphuris albi non vrentis: Et hæc coagulatio eſt in argento: Poſtea ait de conuerſione in aurum: Quod ſi fuerit ſulphur mundum optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis ſimplicis non vrentis, conuertit argentum viuum purum in aurum. Conſideremus ergo diuerſitatem

com-

compositionis auri & argenti, & vtrumque inuenimus compositum ex eadem materia, videlicet ex sulphure & argēto viuo; sed diuersitatem inueniemus depurationis & digestionis: quia in argento dicitur esse argentum viuum purum & sulphur album non vrens: In auro autem dicitur argentum viuum similiter purum, & sulphur optimum cum rubore clarum: Inter argentum igitur & aurum est notata diuersitas depurationis; cum dictum est de solo sulphure auri mundum & optimum, & clarum, non vrens, & de sulphure argenti, quod sit tantum album non vrens: Inter ipsa notatur etiam diuersitas digestionis, cum di-

dictum est, de sulphure argenti quod sit album; de sulphure vero auri quod sit cum rubore: color enim sequitur digestionem. Et sicut est etiam in animalibus color albus in vrinis minus digestis & decoctis; rubeus vero in vrinis excedentibus & combustis, fit & decoctionis & digestionis minoritas. In plumbo quoque & stanno, ac in argento, licet vnus colorem relinquet album ex defectu virtutis igneæ. In auro autem decoctio temperatissima citrinum temperantiæ colorem induxit. In ferro autem & cupro rubeum & viride, & nigredinem quoque, quæ est in vrinis quoque combustionem significant, ex nimia

nimia decoctione materiæ non depuratæ, ab vnctuositate sulphurea, quæ ei tā combustionis inepta procreauit digestio cum materiæ depuratione nō bona: hæc enim omnia ibidem colliguntur ex textus intelligentia vera: Argentum autem viuum vt ibidem dicitur, quod est elementum liquabilium, & metallorum materia cū sulphuris accretione calore agente cōgelata in successu temporis in alicuius speciem.

*De triplici humiditate sulphuris.*

EST autem argentum viuum compositū ex substantia terrea & aquea, sulphurq; admixtum habet, sicut etiam patet ex hoc, quod omnia metalla cre-

mat

mat si diu decoquantur cũ eo: & instanti mixtionis suæ cum eis illa puluerisat & frangit. Oportet igitur ipsum purgare à sulphureitate, & superfluahumiditate: & sic remanebit siccũ, mundum, purum, & clarum, ad modum cristalli lucidum. Sulphur quoq; habet tres humiditates, quarũ prima est aerea, & vnctuosa, & cremat, & comburit, & denigrat, & frangit metalla omnia: & hæc non vere est in sulphure auri modica, quia est aut nulla in sulphure argẽti: multa autem in plumbo & stanno: & ære, ac ferro: Ista autẽ quatuor metalla non bene depurata fuerunt, non bene digesta & debilis com-

positio-

positionis, atque faciliter corruptibilis: vnde & in igne nigrescunt, & nubes nigras induunt & in igne sese separant, & demergunt, sicut apparet in plumbo & stanno: quæ cum in igne aliquandiu fuerint nubes nigras & siccas emittunt, æs quoque & ferrum squamas & scoriam præ nimia decoctione & combustione faciunt, aurum vero illa non habet, nec in igne nigrescit aut se dissiungit, vel notabiliter minuit, nec citrinum colorem mutat: Argentum vero modicum huius vnctuositatis sulphureæ habet, vnde quia parum habet de ea, egreditur

ab igne album, & sine nigredine: quia tamen aliquantulū habet, nigrescit modicum, quādo ponitur cum adurentibus, sicut est sal & sulphur, & later antiquus, & similia. Secunda autem sulphuris humiditas, est aquea phlegmatica nō comburēs, nec denigrans, sed in igne euaporās: & hæc quidem est in omnibus metallis pręterquam in auro, in quo non est sensibilis diminuēs euaporatio: in argēto minor est, quam in aliis: vnde euaporat in igne, & minuitur licet parum, Tertia sulphuris humiditas est radicalis & naturalis; per quam coniunguntur partes substantiales ipsius, & hæc est aqua sulphuris, quæ ligat terram ipsius, & per quam pura sulphuris sub-

ſtantia conſtat & coniungitur. Et in argento viuo optimam facit congelationem, & compoſitionẽ. Hæc autem in auro operata eſt potiſſime, ab aliis nõ impedita ſuperfluitatibus: hæc iam etiam in omnibus metallis ineſt: nam ſine radicali humiditate nihil terreum compoſitũ eſt. Hinc ergo de neceſſitate & perfectione tam ſulphuris quam argenti viui, metalliq; cuiuslibet partibus ipſorũ eſt fortiter imbibita: prima eſt ſuperflua, & corrumpens, & iure ſupernatãs: Secunda vero res adhęrens ſuperflua nihil perfectioni conferens, quia eſt euaporans. Inque tertia ad metalli perfectionem quæ in ſolo auro eſt, complete conſiſtit. Igitur ad metalli perfectio-

fectionem quæ in solo auro est, requiritur vtriusque humiditatis purgatio, videlicet prima quæ est aerea & vnctuosa, comburens & denigrans, & secunda queest phlegmatica & euaporãs, nihil perfectioni conferens, sed diminuens, & substrahens. Si ergo sulphur & argẽtum viuum talia fuerint per purgationem effecta, quod vtraq; careant humiditate superflua: prima videtur & secunda, & tertiam retinuerint, quæ est radicalis & essentialis, erunt pura omnino ad auri perfectionẽ apta, digestionẽ congrua consequente. Modum quoq; compositionis eorum referemus partim experimento sensibili, partim totaliter ratione probatum.

*Quomodo componantur metalla in terra.*

Contingit denique in terra sulphurea argẽtum viuum concurrere: quorum natura est, vt per ignem sublimentur: calefacta ergo terra sulphurea cui admixtum est argentum viuum, vtrumq; contingit sublimari, & per terræ spissitudinem ascendere, & ascendendo depurari, ab vtraq; superflua humiditate prædicta: Nam terræ calefactæ siccitas ipsas humiditates ebibit & consumit: cum ergo calor faciat ipsa volare & ascendere, frigiditas vincens, & partes eorum constringens, gelansque & consolidans, ipsa coagulabit, sicut in quarto, tuo Me-

tuo Metheororum scribitur: ꝙ materia ductibiliũ est substantia aquea illius cum frigore post accretionem caloris in ipsum quæ est Optesis: contingit ergo aliquando feruere frigus congelans substantiam eorum, cum depurata est omnino per terræ siccitatem ebibentem omnem humiditatem superfluam, & nõ radicaliter inhærentem, & contingit ratione caloris inferioris qui procedit ex calore vasis sulphurei mineralis substãtiã ipsorum sublimari ratione caloris suppositi & sursum tendere, sed contra deprimit & suffocat lapidea tellus frigiditate constricta & compacta, ibique remanet substantia pura sublimata & depurata: quia locus lapideus & eius

eius frigiditas & fortitudo prohibet ipſum aſcendere, calorq; digerit ſemper ab inferiori conſcendens temperate, & ipſum digerens, & citrinans, conſolidatq; fortiſſime: quia & partes ſubtiliſſimæ ſunt, quia optime depuratæ ſunt, & ſe inuicē ſubtus & ſupra opprimunt, ſubtus ex calore aſcendente, ſupra vero ex loco & frigore exprimēte, & ſic fit aurum optime depuratum: quia clarum & mundum ac lucidum, & fortiſſime eſt coniunctum, & ex temperantia digeſtionis citrinum: Et hic vtiq; modus eſt in metallorū omniū compoſitione per diuerſitatem depurationis & digeſtionis; quæ quidem in auro ſunt potiſſimæ, in argento vero poſtea, in cæte-

ris quoq; minus, secundum gradum eorum materiæ autem depuratę fit vel sic digestio talis vel talis, tali vel tali subiicitur speciei. Nam si materia omnino depurata est à prædictis humiditatibus, & sequatur moderata digestio, & fortis loci & frigiditatis præfocatio, fiet aurũ purum ex ascensu per terrã, & ex depuratione citrinũ, & ex digestione ponderosũ ex caloris ab inferiori loco & frigoris à superiori præfocatione: Si vero mediocriter purgata fuerit materia, & digestio mediocris, mediocrisq; præfocatio: fiet q; argentũ mediocriter purũ albũ & mediocriter ponderosum. Si vero materia non fuerit sufficienter purgata, superueneritq; congelatio non depu-

depuratæ materiæ ſecũdum exceſſum caloris, ſiet æs vel ferrũ: ſecundum vero diminutionẽ, plumbum vel ſtannum procreabitur. Et ſecundum quã ex textu tui quarti Metheororum libri ſuperius eſt traditum & notatum. Qui habet ergo aures audiendi, audiat: & hæc pro Alchymiæ rationabili fundamẽto ſupponat: concludi ergo poteſt omniũ metallorum cõem eſſe materiam, depuratione tamẽ & digeſtione differentẽ: quæ ſi æque depurata eſſet & digeſta in aliis, vt in auro, omnia proculdubio auri ſpeciẽ aſſumpſiſſent: depurari autẽ põt materia metallorũ, & meli⁹ digeri. Cũ ex hoc hãc vel illã aſſumat ſpeciẽ aſſumere poſſunt: digeſtio n. talis vel talis,

tali materiæ sic vel sic depuratæ adueniens, cõstituit doctrinam specificam in metallo, qua tale vel tale sit & nominetur. Dictũ enim superius est ex hoc quarto Metheororũ quod congelatur substantia metallica cũ frigore, post accretionem caloris in ipsum, quæ actio est optesis, sicut in dicto quarto Metheororũ scribitur, digestio à caliditate aliena & sicca, quæ non à natura fit, imo & ab arte similiter, vt ibidem determinatur capitulo de optesi, vbi etiam dicitur quod ars imitatur naturam, capitulo autem de optesi in eodem quarto dicitur quod nihil differt an in organis naturalibus aut artificialibus fiat hæc digestio, digestio autem est cõpletio, quotiens

tiens materia digeritur, completur & fit; sic in eodem quarto dicitur capitulo digestio est, &c. Principium autem complexionis à calore proprio accidit, finis autem his natura est. Naturam autem dicimus substantiam & speciem, &c. Hoc totum est de textu. In prædictis namq; plane innuitur, ex textu quarti libri Metheororũ solutio q; metallorũ omniũ materia est vna: diuersitas autem specierum ex diuersitate depurationis & digestionis procedit: Nam digestionis quidem principium ex proprio calore procedit, compleriq; potest per alienam caliditatem & adminiculum suscipere, sicut ibidem dicitur: quod cibarium pariter digeritur, &

per balnea & similia, est caliditas propria, quæ in ipso subiecto est: finis autẽ digestionis natura est id est, substãtia atq; species Igitur rationabiliter cõcedi potest, diuersitatem naturarum, & metallicarum specierum nõ ex diuersitate materiæ, quæ vna & eadem est, sed ex depurationis & digestionis diuersitate prouenire. Si ergo depuratio materiæ & digestio per artem quædã, quæ naturam sequitur, imitari potest & species, & natura, atq; substãtia metallica mutari poterit, intellige hæc pater & tacebis, male assumpta defensione conuictus, quid te grauat veritati apertæ & rationabili consentire.

Quod

*Quod particularia specierum metallorum permutantur.*

SVis picâ loquax: Sciant artifices Akimiæ species vere permutari non posse. Intellige quid loquaris, quidq; legas, ne contemnere videaris. Reuera hoc verum est, quamuis non intelligēti aliud videatur. Audi & intellige, & recte responsum esse suppones, sic arguis: Species vere permutari non possunt: Argentum & aurum sunt species: non ergo potest argentum in aurum permutari. Solutio: aliquid permutari, dupliciter esse potest, aut per se & proprie, & immediate aut per accidens & improprie, & mediate. Mutātur aūt

illa per se proprie & immediate: quorum aptitudo permutationis est in ipsis; & aliquod habent commune subiectum recipiens permutationem, & quę subiecta sunt propria actionem permutantem recipientia. Sic reuera species non mutantur, sed indiuidua: & sic illud intelligitur. Species vere permutari nõ posse. Quod enim ait vere, proprie intelligit, & per se, & immediate: permutantur autem illa per accidens, & improprie, & mediate in quibus non est aptitudo permutationis, neq; cõmune subiectum permutabile, nec ipsius actionis permutantis subiectum immediatum: sed omnia hæc consequentur ex aliquo subiecto. Sic autem permutari possunt

sunt species & accidentia, species ergo argenti, quæ est argenteitas non permutatur in speciē auri, quæ est aureitas, nec argenteitas fit aureitas; quoniam species vere permutari nō possunt, quia non sunt subiectæ per se accretionibus sensibilibus, nec in se compositionem partitam habent, vel contrariā, quæ sit causa permutationis vel subiectum, sed per accidens quidem, & improprie, & mediate permutantur mutatione particulariū partibiliumque, quæ corruptibilia sunt, & cōposita, & sensibilibus accretionibus obiecta siue subiecta: quibus immutatis per aliam depurationem & digestionem, quarum commune subiectum fuit metallica materia. Ex

hoc argentum vel aurũ factum est subiectum alterius speciei, quam alia compleuit & induxit materiæ purgatio atq; digestio aperi ergo pater oculos tuos, & vide. Nescis in corporibus puris & in lapidibus, & in metallis subiectam vnius speciei materiam in aliam naturaliter processisse, & permutationẽ accepisse? Nescis capitulum istud quarti Metheororum, terra pura lapis nõ fit, in quo dicitur quod & de aqua lapides fiant duobus modis: quod quia in aliqua terra sit vis mineralis quæ congelat aquas in lapides, & quod aqua fiat terra, cum vincunt eam terræ qualitates & è conuerso: & quidam ingeniosi, vtuntur lacte virgi-

virginis, cum volunt rem ſiccam coagulare, eſtque certiſſimus effectus & ſulphur aliquod congelat argentum viuum in aurum, & aliud in argentum, vtique & terra & aqua, ſiue lapis & aqua diuerſarum ſunt ſpecierum: & tamen aqua tranſit in terram, cum vincunt eam terræ qualitates, & è conuerſo, & aqua quoque in lapides. Sic & argentum viuum & ſulphur & aurum & argentum diuerſarum ſunt ſpecierum, & inuicem tranſeunt: omnia enim metalla omnium ſpecierum ex ſulphure ſunt & argento viuo, quæ à metallis in ſpecie non in materia differunt, & accepta depuratione & digeſtione in metallicas ſpecies trãſeunt, ſic

eſt in aliis modis infinitis. Sic eſt ergo in corporibus animatis, quod ſubiecta vnius ſpeciei in alterius ſpeciei ſubiecta tranſeunt, & quod aliquando quidem ſub terra, nunc vero ſub aqua, & quod aliquando ſub argento viuo & ſulphure : nunc vero ſub argento & auro , metalliſq; cæteris continetur : In animatis quoq; hoc ipſum patet : vnde & in vegetabilibus quidem ſicut dixit Ariſtot. 10. Metheororum capitulo, terra pura, &c. Similiter quoq; quędam vegetabilia & quædam animalia vertuntur in lapides, vi quadam minerali lapidificatiua : & hæc tranſmutatio corporum, animalium, & vegetabilium, æque propinqua eſt ſicut tranſmutatio aquarum. Eſt autem

autē impossibile quod aliquod coadunatum conuertatur in vnum elementum: sed elementa mutantur adinuicem; & sic transeunt in adunans: vnde & quod cadit in salinas, fit sal, & quod in ignem, ignis. Sunt autem talia mira, quia raro accidunt: cæterum causæ eorũ manifestæ sunt, sæpe etiã fiunt lapides ex igne, & sæpe contingit corpora ferrea vel lapidea cadere post coruscationes, & æra, vel æs vstum, &c. Hic ex multis colligitur materiam vnius speciei subiectumq; in aliud permutari alterius scilicet fieri speciei. Animalia respice, sensibilia, & rationalia, cibum eorum considera, herbas, frumenta, aquas, & vinum, in carnem humanam, brutalemq;

conuerti,alia quidem vegetabilium in cibum assumpta sensibilium etiam quædam cõuertuntur in melancholicũ humorem: quædã in phlegmaticum, quædam in sanguineum: quædamq; in humorem cholericũ pertrãsire, transeunt quoq; in sperma, & sperma quoq; per multas alterationes transit in animal, hoc quidem sensibile, aliud vero rationale, Iam me tædet multiplicitas exemplorum naturalium, & rationaliũ, vsualiũq; fastidiũ: quæ ex diuersis materiis & speciebus invicẽ transeunt: cur non ergo vnius eiusdemq; materiæ sibi quidẽ propinqua, & in multis similia. Iam de hoc tacebo: Ignem testem invoco inferiorẽ qui omnia corpora inferiora, ve-

geta-

getabilia quidẽ & ſenſibilia cõuertit in cinerẽ, & de cinere vitrum: puta de ſilice facit cinerẽ, & de cinere vitrum: de plumbo quoq; facit cinerem, & de cinere vitrum. Vitrea iã ſunt omnia à nobis propoſita, etiã quidem omnibus interius & exterius lucida permutata pateſcunt. Sciãt igitur artifices Alchymię ſpecies vere permutari non poſſe; ſed ſubiecta ſpecierum optime atq; propriiſſime permutari poſsũt. Circa particularia n. omnis ſenſibilis operatio eſt, & mechanica manualis, quantumcũq; ex nobili at q; intelligibili ꝓcedat; eſt n. pro certo teſte philoſophia rationali, & experimento ſenſibili metalla inuicẽ circulariter eſſe tranſmutabilia. Illudit au-

tē ipse philosophus huius artis sophistas, & personas irridet ignorantium, cum postea loquitur dicens, similia possunt facere, & tingere rubeum citrino, donec sit multum simile auro, & plumbi immunditias abstergere, verumtamen semper erit plumbum, etsi videatur argentum: hic enim non negat particularium permutationem, vel quod plumbum non posset esse aliud quam plumbum, de quo rustici tota die faciunt vitrum, sed innuit quãdoq; facere quod æs videatur aurũ propter citrinum colorē, vel plumbũ videatur argentum propter album colorem, nõ est remouere ab ipsis primã speciē, sed occultare sub alio colore vel põdere, quia ista sensi-

ſenſibilia dum amouentur ad ſenſum, non propter hoc ſemper amouetur cū eis prima doctrina ſpecifica, ſed remanent in prima ſpecie, quæ occultata ſunt ſub alio colore vel duritie, vel pondere. Et ſic errant in eo homines, quia non ideo conſequitur ſpeciem mutari, niſi aliam depurationem completāque digeſtionem aliam conſequantur. Quod autem dicit quod qui credit poſſibile quod doctrina ſpecifica aliquo poſſit tolli ingenio, quia non eſt ſenſibilis, ſed ignota. Et ideo neſcitur an ſit ſublata, vel non. Intelligitur non amoueri eam poſſe per ſolas ſophiſticationes coloris & ponderis, quas ſuperius nominauit, niſi per aliam de-

depurationem, completamque aliam digestionem: Sciebat enim in nigra comburere, & de vegetabilibus cineres facere, & species diuisasq; specificas tollere, vel vt proprius dicam materiam sibi subtrahere, & alterius speciei subiicere: Alioquin nesciunt vnum esse principium, sed tot quot sunt species, & non lapis ex lapide, & aurum ex non auro, & vinum ex non vino, & panis ex non pane, & caro ex nō carne, & os ex non osse, & cætera omnia ex variis processerint tot constat esse principia, quot species constat esse. Omnia quidem corporalia constant ex contrariis esse composita; Alioquin non corruptibilia. Sed vnde omnia: ex vna quidem materia

teria ſub diuerſis ab illius diſtinctæ opinantiũ qualitatũ elementorũ contrariorum cõcordi diſcordia per variarum ſpecierum tranſitũ: conſtat nũc infinita nobis indiuidua, non ſolũ mirabiliter, ſed naturaliter, proceſſiſſe.

*Incipit liber ſecundus de Practica.*

Nõ quidem neceſſarium eſt breue noſtrum non amplius hîc protendi, ſed poſt naturalem metallorum compoſitionem ad artificialem recurramus: fundamenta ſupponimus antiquorum philoſophorum magiſtrorum noſtrorum laudabilium: ex quorum libris, per multas partes & regiones materiaſque diuiſas breuem colligemus lectionem, multa tamen ſub literæ breuitate claudentem. Itaque in-

intelligenti loquor atque diligenti, qui philosophiæ vestes varias indutus, radiorum varietate distinctus simplices, & non radiatas rusticis etiam laycalibus clericis attribuit induendas.

*De consideratione Alchymiæ, & auri proprietate.*

Ars ergo Alchymię duo principaliter cõsiderat; videlicet corpora metallorum infirma, & res quasdam medicinales ipsa curãtes. Metalla vero secundum numerum planetarum cœlestium, 7. esse dicuntur, si Mercurius inter metalla computetur, videlicet argentum viuum, plumbum, stannum, ferrum, cuprum, argentum, & aurum: Infirmi-
tates

tates ipsorum omnes sunt quidem ex defectu depurationis illorum, & digestionis. Res autem naturales, quæ ipsa naturalius ingrediuntur,&ipsa quidem purgant, digerunt, viuificant, & immutant, sunt argentum viuum & sulphur, & arsenicum summæ depurata atque digesta, in quibus etiam est vis mineralis fortis & principalis, quia ipsa sunt elementa ductibilium. Et ipsis præparatis post debitam aptitudinem coniunguntur, facientia mutationes in ipsa, & opera mira. Primo ergo tractandum est de corporibus & eorum complexionibus atque infirmitatibus, & eorum præparationibus: secundo de spiritibus, & eorum complexionibus, purga-

tionibus, digestionibus, & aliis eorum perfectionibus, vsq; quo tales sint, quod metallorum infirmitates curent, & perfectionẽ completę d gestionis & depurationis, cum speciei nouitate, metallorum sanandis corporibus largiantur. De corporibus ergo metallorum primo est dicendũ. Metallica corpora sunt 6. sine Mercurio: quorum perfectissimum est aurum: quod quidem, sicut in 10. Metheororum dicitur compositum est ex argento viuo puro & sulphure purissimo rubeo & optimo, optime coniunctis, & fortissime compositis. Per hunc modum contingit in terra sulphurea argentum viuũ concurrere; quorum natura est, vt per calorem euaporẽt, & sub-

men-

limentur. Accenso igitur calore, in terra illa sulphurea euaporauerunt vtrunq; multis annis per terram ascendendo continue, quamdiu calor vasis sulphurei & mineralis illa coegit: Cum ergo per terram calefactam & desiccatam à calore vasis mineralis transierint calor & siccitas terræ, ebiberunt omnes humiditates superfluas, atque sulphureitates, antequam vinceret ea, vel coagularet frigiditas superueniens: Cum igitur optime purgatum fuerit vtrumque à prima humiditate aerea, quæ est pinguis & vnctuosa, comburens & denigrans metallicam substantiam: & à secunda etiam, quæ est phlegmatica & euaporabilis, in ascendendo
per

per calorem vasis mineralis suppositi, per multos annos elongauerunt se à fonte caloris, & à violentia, id est, à vase minerali, & ascenderunt longe superius prope terræ lapideæ superficiem, & parum iam habuerunt de calore. Superuenitque exterior aeris & terræ auma frigiditas, & retentum vtrumque est; quia sicut calore ascendunt, sic frigore cõtrario coagulata sunt, & ascendere desinunt, manentque simul coniuncta, & vna cõpositione colligata fortissime atque cõiuncta. Accepit ergo aurum depurationem optimam, per transitum terræ calefactæ & desiccatæ, ebibentis humiditates, & sulphuritates superfluas, & accepit colorem citrinum, ex tem-

temperatiſſima & longa digeſtione, & accepit ex magna ſubtilitate ſuarum partium inuicem ſe penetrantium & conculcantium, ex calore cogente aſcendere, & loco frigiditate ſuperius prohibente ſuffocante, & comprimente. Igitur lucidiſſimum eſt quod aurum quia optime depuratum ab omni groſſa ſuperfluitate & immunditia, & remanſerunt in eo partes puriſſimæ atque ſubtiliſſimæ, & colorem citrinum ſeruat inuariabilem, quia non habet humiditatem primam vnctuoſam comburentem & denigrantem: Nec igne minuitur naturaliter, vel viſibiliter, quia non habet ſecundam humiditatem euaporabilẽ: tertiam autem habet humidita-

tem

tē radicalem, & essentialē, quæ optimam facit substantialium partium coniunctionē. De auro ergo dico quod metallum completum est, & perfectum, sine infirmitate aliqua: nec indiget præparatione, vel mutatione in aliud; quoniā inter cætera optimū est & sic tēperatum: quod in nulla qualitate excedit, quamuis calidum & siccum dicatur: Et qa non excedit aliqua qualitas aliam, in gradu nullo collocatur.

*De natura Argenti, & purgatione ipsius.*

Argētum autem eodem modo componitur, quo & aurum, quamuis non æque, sed minus sit depuratum, & minus digestum tamen post aurum est me-

melius atque perfectius metallis cæteris: Habet vero infirmitates aliquas, quia non omnino depuratum est ab humiditate sulphurea prima, neque secunda. Vnde & ex prima nigrescit, cum adurentibus; sicut cum sale communi & antiquo latere contrito. Quod argentum purum ab igne albũ egreditur post multas fusiones & post cinericeum, signum est, quod aut nihil, aut parum habet humiditatis sulphureæ. Sed quod quãdo coquitur cum sale & latere, nigrescit, cum caussa nigredinis non sit in sale, vel in latere, constat ipsum aliquid habere de humiditate prima vnctuosa, licet parum. Vnde & quia pauca est, non egreditur,

nec

nec apparet exterius per calorẽ ignis & cineris vincens: ſed per calorem ſiccitatemq; nimium ſalis & lateris, attrahitur exterius, & apparet: & tunc incipit argentũ denigrari: Hæc eſt ergo infirmitas prima ipſius, quæ eſt ex defectu depurationis primæ humiditatis: Secunda eſt, quod in igne euaporat, atque minuitum; quod eſt ex defectu depurationis ſecundæ humiditatis, quæ eſt phlegmatica & euaporatur, & ſibi non radicaliter adhærens: quoniam non eſt de ipſius ſubſtantia: & poſt egreſſum ipſius remanet argentum purius & perfectius. Non eſt autem in eo alia naturalis infirmitas; nam ſufficienter eſt digeſtũ, quamuis non ita complete vt aurum:

aurum: & in hoc, neque sanum est, neq; ægrum, sed quasi neutrum. Igitur quia in depuratione infirmatur, potest sanari, & in melius conuerti, puta in aurum, per maiorem, scilicet depurationem, & etiam digestionem; vt depuratum perfecte, nō nigrescat ex prima humiditate, nec minuatur ex secunda: nec ex defectu digestionis, frigidum dicatur, sed temperatum, nec album remaneat, sed citrinum: quod quomodo fiat, vel fieri debeat ac possit, postea dicetur. Præparatio ergo argenti in aurum conuertendi, est quæ ipsum depurat à duabus primis humiditatibus, & iterum melius digerit: prima enim ablata, non nigrescit amplius: se-

cunda vero amora, non minuetur pondus eius. Ista præparatio talis est: Recipe salis cõmunis cum sua humiditate quantũ vis, & tere optime; & inter duos lectos eius, fac lectum vnum Lunæ tenuiter laminantæ: Et sic in vase terreo forti totum pone, & superius claude: & modicum foramẽ in medio dimitte: Et sic cuba in medio ignis mediocris: & dimitte in igne per 12. horas: postea extrahe, & inuenies laminas tuas bene corosas, & diminutas in quantitate & pondere: Igitur si eas tum albas inueneris, scito primam humiditatem eius esse consumptam, Lunamque tuam bene calcinatam & frangibilem: Si ergo adhuc nigra fuerit in superficie, adhuc ha-

habet de prima humiditate: Si vero non frangitur facile, adhuc habet de secunda: Certũ vero signũ depurationis primæ humiditatis est, quãdo minuitur in igne: vtrumq; autẽ fiet cum dicto puluere & igne; quoniam dictus puluis ignitus vtrumq; cõsumet & ebibet, & tunc erit bene præparatum, sed si ãgibile. Tunc reduces ipsum ad malleum, & erit dulcissimum & molle, vt aurum atq; flexibile, & non mutabit colorem amplius, nec pondus, & erit compactum magis, atq; ponderosum. Hic autẽ puluis cõplebit istud, dãs malleũ, & dulcedinẽ auro, & argento, & æri combustis & calcinatis. Recipe salis armoniaci salis nitri & boracis ana de singulis. Et tere

optime, commiſce, & ſolue, in modico vini, & deſiccari permitte: & de hoc puluere quartum pondus pone cum tribus cuiuſcunque calcis volueris trium prædictorum, & reuertetur ad malleum molliciemque & flexibilitatem, verum eſt.

*De cupro, & eius præparatione & purgatione.*

Cuprum eodem modo compoſitum eſt, quo & argentum, ſed minus depuratum, & non æque temperate digeſtum, ſed quaſi combuſtum, calidum, & ſiccum. Eſt autem compoſitum ex argento viuo & ſulphure nō depurato ab humiditate prima, qua multum abundat, ſed digeſtum combuſtumq; cum ea eſt, propterea nigrum egreditur

tur ab igne, & excoriatur ex nimia ſiccitate, cum ignitum percutitur vel extinguitur in aquis acutis. Eſt etiam poroſum valde & ſulphureum. Igitur purgari oportet à prędictis humiditatibus ſulphureis. Nam ex prima ſtatim nigreſcit in igne & comburitur, & excoriatur, & comburit & denigrat alia metallā. Et ex ſecunda, nimis euaporat, atq; conſumitur. Et ex ſua ſulphuritate ignem nigredine inficit, flāmam quaſi viridem faciens. Cūque purgari incipit, flamma magis eſt citrina, minuſque nigra, purgetur ergo omnino vt Luna, & cum eodem puluere reducatur ad malleum, quo & Luna. Poſtea vero extinguatur ignitū viceſies in aceto, & poſt-

ea decies in porcino sanguine recenti, & erit bene præparatum. Oportet autem ipsum immorari diutius in sua calcinatione, quam argentum, & fortiorem habere ignem. Sit ergo in igne cōtinuo & forti per 3. dies. Postea reducatur, vt de Luna prędictum est. Si autem post calcinationem vis extrahere à sale quod in eo remansit argenti vel cupri, vel alterius metalli. Habeas lixiuium calidum & secundum puluerem salis præpone, & resoluetur, quod cola semper & residebit inferius quod quæris. Sic fac donec tota salsedo à calce extrahatur.

*De Plumbo & eius præparatione.*

Plumbum eodem modo fit, quo

quo & cuprum; Estque ex sulphure immundo, & debilis digestionis; & compositionis. Vnde necessarium est quod extrahatur ex eo nigredo & immunditia, & digeratur melius. Hoc autem fieri sic potest. Funde plumbum, & proiice intus quartam partem Mercurii, post puluerisza, & tere super porphyrium, cum æquali pondere salis communis combusti, donec sal nigrescat. Et tunc eiice sal cum aqua, & tere iterum puluerem plumbi, cum equali pondere salis communis, donec sal iterum nigrescat, & tunc iterum eiice ipsum cum aqua, & iterum tere tertio cum nouo sale, & hoc totũ cum ipso sale pone ad bulliendum in aceto fortissimo,

& bulliat per diem vnam, & egredietur nigredo eius,& depurabitur magis à ſulphuritate & nigredine. Et tunc eiice ſalem cum aqua, & habebis puluerem tam Mercurii quã Saturni mediocriter depuratum. Reitera ergo contritiones ipſius cum ſale, & bullicationes, vt prius, donec inuenias ipſum album & mundum, quod quanto pluries feceris, tanto magis depuratum habebis.

*De Ioue & eius praeparatione.*

Iupiter corpus compoſitum eſt ſicut Saturnus ex argento viuo mediocriter depurato & ſulphure non puro, albo, ſed immundo, & debilis digeſtionis inter omnia metalla, atque vana

nax

næ compositionis siccum nimis & porosum; quod ex suo stridore manifeste perpenditur: Ipsum purgari oportet eodem modo omnino, quo de Saturno prædictum est: quarta enim pars Mercurii stridorem ei aufert, & Saturni tertia. Ipsum autem oportet imbibere oleo aliquo rectificato, vel axungia porcina distillata, donec resumpta humiditate stridorem, qui ex siccitate & porositate est, amittat, & minus frangibile fiat. Omnia metalla frangit præter Saturnum: maxime frangit cuprum: quoniam duo sicca viscositatem non faciunt: Purgetur ergo sicut Saturnus per contritionem cum sale communi cōbusto, per bullicationes cũ sale

& aceto, & postea imbibatur diutissime cū oleis rectificatis, donec multum humectetur, & non habeat stridorem. Intellige & fac. Si non bene præparatur, pessimus est, & fratres frangit & inficit. Vnde & in Alchymia leprosus vocatur. Si autem ipsum purgaueris, quod quidem facile, & ipsum tum humectaueris, scito quod bonus erit, & medicina recepta valebit.

*De ferri proprietate & effectu.*

Ferrum componitur sicut cætera metalla ex sulphure & argento viuo grossis, & terrestribus & immundis, non bene digestis, sed cum sua vnctuositate combustis, per depurationem autem trāsit in chalybem, nō al-

terius quidem ſpeciei quam ferrum, in argentum autem vel aurum, vix aut nũquam per homines transferri poteſt. Poteſt autem fundi cum cetuſſa ſola, vel cum puluere prædicto, qui calces reducit ad malleum: ſed poſt fuſionem malleabile non eſt: Vtilias autem ipſius maior quam ego cognouerim, eſt in croco extracto ab eo, qui colorem habet fixum inter citrinum & rubeum in opere Solis, ſi tamen bene purgatum fuerit, aliam eius vtilitatem neſcio: quia ſiccũ nimis eſt & combuſtũ, & excoriatur cũ poſt ignitionẽ percutitur, & faciliter frangitur, & facilius frãgit. Chalybe ergo cõtentꝰ eſto proferri melioratione, quia vix aut nunquam in melius tranſit.

Et hæc de corporum præparatione intelligenti pro breui sufficiant.

*De medicinis & curis corporum.*

Breuiter ergo emundatis metallis, eorumque infirmitatibus: Iam de medicinis & curis consequenter agemus: Cura corporum metallorũ post præparationem ipsorum per spiritus minerales efficitur: quorum puritas & digestio in vltimis perfectionis gradibus esse debet, vt in eis sit vis etiam depurandi, & etiam digerendi: quod in metallis etiam præparatis minus est depuratum atque digestum. Isti autem spiritus, quia virtutẽ mineralem habent naturalem, & sunt elementa ductilium, id est materia metallorum, & de substantia eorum,

ſicut elemēta elemētata: & ſunt ſubſtantia cum ſumme fuerint depurati atq; digeſti per viā artis, in qua natura operatur, metallicis corporibus, tanquam his quæ ex ipſis ſunt, ſe ipſa cum ſua perfectione ſociant, & cum ipſis remanent, tanquam purior pars eorum atque nobilior, nequaquam mirari debet intelligens, ſi ſummæ depuratus atq; digeſtus metalli corpus magnum immutat: licet ſit ſpiritus quoad molis quantitatem minor: maior tamen mole magnitudinis virtualis, cuius eſt agere, metalli vero pati. Agit enim ſpiritus & ex natura propria, & ex qualitatibus ſuis. Ex natura quidē propria etiam corpus agit metalli: quoniam coniungitur ſibi tanquam

quam

quam suo simili, virtutes habens digerendi ac depurãdi maiores, & tanquam magis depuratũ ac magis digestum, magis igneũ & subtile: & minus habens de materia, plus vero de forma. Et per hoc diuersitatem depurationis ac digestionis, sequitur diuersitas speciei. Agit & ex qualitatibus, sicut dicitur in 4. Metheororum apparent in vniuersis caliditas & frigiditas terminantes & permutantes, vnigenia & non vnigenia, atq; humectantes, & arefacientes, nec nõ & indurantes & mollificantes. Simplex quidem harum virtutum generatio & naturalis harum virtutum est opus: Stringunt autem calidum & frigidum vincẽtia materiam &c. hoc etiam vbique innuitur

ex tex-

ex textu plane, res vniuersas variabiles per caliditatem & frigiditatem & simpliciter generari, & naturaliter permutari, vnde ait quod simplex generatio & naturalis permutatio harum virtutum est opus. Igitur vt spiritus ad hāc virtutem deueniat, oportet ipsum purgare summe atq; digerere, & in metalli corpus introducere, & introductū fixum esse, & nō recedere, quod si in vno horū triū obmiscueris necessariorū ꝓposito frustratus, tuam ignorantiam, aut negligētiā lachrymabiliter condemnabis. Primo ergo oportet agere de spirituū depuratiōib. quicq̃d in arte melius cōtinetur, deinde de cassationib., digestionib. atq; fixionib. & de aliis quoque sub istis cōtinentur. Depuratio

ſpirituum nobis exemplata eſt in operatione naturæ. Nã quẽadmodum dictum eſt in naturali auri procreatione. Natura ſpirituum talis eſt, quod per calorem ſublimantur: vnde inuentum eſt in naturalibus mineriis metallorum calorẽ vaſis mineralis ſulphurei ſpiritus ſeleuaſſe longe alicuius à minerali vaſe: & ipſos ſuperius inuentos mundos & puros per tranſitum terræ calefactæ & deſiccatæ depuratos. Nam terra ſicca calefactas, & ſulphureitates ebibit & conſumit, partesq; groſſiores retinet & terreſtres. Aquæ vero atque aereæ & igneæ ſubtiliores & puriores, ex vaſis calore euaporantes ſurſum aſcendunt. Ars ergo imitatur naturam: Ex hoc enim

inuenta

inuenta artificialis sublimatio est, per quam speciem optime depuramus cum rebus siccis ebibentibus atq; consumentibus vnctuositatibus spirituum, atq; superfluitates, vt nobis remaneant mundissimi, depuratissimi, clarissimi, lucidissimi, supra communẽ operationem: quare autem supra communem naturæ operationem faciamus vere in promptu est: quia ibi solus communis cursus naturæ operatur: quia operamur ex his ex quibus natura operatur, & quibus iam virtutẽ hæc agendi largita est: & ea addimus ex ingenio in rebus naturaliter operantibus quæ ad agendum hoc velocius & melius requiruntur: verbi gratia: contingit ferrum pro-

procreari in minera sua contingitq; ei ex cõmuni cursu naturæ suum sulphur, suumq; argẽtum viuum prius esse congelatũ quã purgatũ. Natura autem quæ sibi non contradicit non prohibuit frigiditatem aduenientẽ nimis cito materiæ non adhuc depuratę, qui ipsum congelaret. Estq; ferrum congelatum impurũ, & immundũ. Ego autẽ qui argentum viuũ sulphurq; depurare volo & arsenicũ: possum congelationem omittere quantum volo, & sublimationes iterare quãtum oportebit: vsq; quo huiusmodi spiritus purissimi vel lucidissimi absq; omni humiditate superflua efficiantur, tuncq; ipsa congelare possum cum mihi placuerit: Ideo equidem potẽtior

est natura cum humano inuata ingenio: quod & congrua potest addere & necessaria, & in vltima subtrahere & nociua, quoniam cum sibi dimittitur sola solis adiutoriis in naturali mineria, & inuentis vix aliquando contempta, vt ex sulphure & argento viuo ferrum plumbum vere produxit, quæ melius depurata & digesta per alterius naturalis mineriæ accidentia meliora, aurũ sæpe faciunt vel argentum. Primo ergo dicẽdum est de purgationibus spirituũ quæ fiunt per consumptionem superfluorum absq; corruptione necessariorũ. In Alchymia autem triplex spiritus inuenitur, videlicet mineralis, vegetabilis, & animalis propterea de omnibus est dicendum.

*De spiritibus mineralium, & natura sulphuris.*

PRimo ergo de mineralibus dicetur: quoniam ex ipsis natura communis operatur: Spiritus ergo minerales sunt tres: videlicet sulphur, argentum viuum & Arsenicum, quæ in metallis operantur similiter, & eis per naturalæ artificium præparata naturaliter coniunguntur. Inter ista autem tria, sulphur est principale agens, argentum vero viuum principale patiẽs: Arsenicum vero vim accretionis secundariam tenet, vtrumq; autem istorum trium conuenienter præparatum ad Elixir completionem virtutẽ actionis retinet, super cuiuslibet metalli corpus patientis. Sulphur autem inter

inter hæc accretionis & immuta tionis primum obtinet principa tũ: quare de ipſo prius & principalius eſt agendũ. Sulphur itaq; eſt corpus oleaginum compoſitum cum terra ſubtili & aqua imbibitum fortiter humiditate aerea pingui & vnctuoſa, ſolubile à calido, coagulabile & coagulatum à frigido, omnium metallorum pars mineralis in argentum viuum agens & ipſum coagulans, quia autẽ vt prædictum eſt, habet humiditates tres: quarum duæ ſunt ſuperfluæ, tertia vero neceſſaria, neceſſe eſt ipſũ purgari à duabus ſuperfluis humiditatibus, tertia remanente, vt remaneat ſubſtantia ipſius pura fortiter cõiuncta ex ſubſtantia terrea & aqua depurata & cõpleta.

pleta. Huius autẽ purgationis à natura accipiemus exemplum, quoniam ars imitatur naturam. Intelligentibus, vtiq; atq; diligẽtibus loquor, qui Alkimiæ artem per spiritus suos pro parte cognouerunt sufficienti breuitate cõtentis; naturam ergo imitare in omnibus.

*De sulphuris præparatione.*

In nomine ergo summi Dei, accipiatur sulphur mundũ bene lucidum, & teratur, minute tritum incorporetur optime cum æquali pondere salis communis & sic ponatur super ignem in patella terrea forti: Sitq; ignis mediocris, teraturq; ibi & assetur cũ ipso sale per duas horas: & continue moueatur ne adhæreat patellæ & comburatur, sed incorpore

poretur bene cum ipso sale, donec optime cõmixta in massam conuertantur nigrã: tunc dimittatur infrigidari. Hinc recipe lixiuium fortissimum factum ex aqua simplici, & calce, vel cinere vitis, vel alia aqua acutissima, sicut est vrina, vel acetũ, vel aqua citri, vel cerum caprinum, vel similia, & imponatur sulphur illud cum suo sale prius bene puluerizatum totum, & bulliat super ignẽ fortẽ, donec totum sal extrahatur cũ vnctuositate sua, & renouetur ei aqua sępe, donec in ea nihil salsedinis remaneat, tunc siccetur sulphur, & teratur iterum secũdo, cum æquali sibi salis cõis; & assetur iterum omnino, vt prius, ipso aũt vt pri⁹ bene assato, amoueatur, & infrigidatũ
pul-

pulueriſetur, deinde bulliatur vt prius in aqua acuta ſæpe renouata, donec totum ſal extrahatur: tunc ipſum exſiccatũ tere, & iterum tertio vt prius aſſa cum æquali noui ſalis cõmunis: & ſale extracto ipſum exſicca & erit aptum ſublimationi: Tunc ſublima ipſum ſic: accipe alumẽ quodvis, & pone in ollã terreã, quam pones in igne forti, per dimidiam horam, & erit calcinatum: hoc alumen tere cum æquali ſcorie ferri, & rora cũ aceto, & bene commiſce: cum duplo harum ſecum teres prædicti ſulphuris vnum põdus: Incorpora hæc tria, bene rorando cum aceto, & ſicca in ſole, vel in lento igne, & pone in ſublimatorio ſic, fac primo lectum de prædi-

prædictis fecibus inferius, & in circuitu eius ad spissitudinẽ vnius digiti, ne sulphur cõtingat sublimatorium: & pone sulphur tuum in medio: quo imposito superspargelectum de prædictis fecibus, & sic vndiq; includatur inter feces suas: & sic ponatur super ignem lentum per tres horas; cum humiditas egressa fuerit, lutetur vas optime & fortiter fortificetur. Ignis paulatim post tertiam horam, vsq; in vicesimam quartam: deinde infrigidetur, & quod sublimatum fuerit, colligatur: multũ autem est necessarium, quod fiat ignis lentus in principio, postea fortis; & quod alutel sublimatorii multũ sit eleuatum ab igne, ne comburatur quod sublimatum adhæ-

retei: per hunc modũ cum talibus fecibus sublimetur septies, vel donec sit omnino album, & mundum, & siccum, absq; aliqua humiditate corruptibili, cuius perfectionis signum, est splẽdor & cristallina serenitas, cum sic fuerit septies sublimatũ, nisi fuerit tale, quale dixi, reitera sublimationes, donec efficiatur, ad hoc n. deniq; per plures sublimationes cum prædictis fecibus, & modo prædicto iteratas. Igitur cum tale fuerit, gaude, quia preciosus thesaurus est. Istud ergo repone, quia purgatum est, virtutem habens nigredinẽ tingendi & in melius conuertendi. Tunc ad eius digestionem & fixionem & completionẽ, hoc modo deuenies, accipe acetum ad minus ter distillatum, & distẽpera

cum eo ſulphur prædictum, adiuncto ſibi pondere quinto ſalis armoniaci ter ſublimati, & hæc optime commiſce, & ſuper porphyriũ tere, quãtũ melius poteris, & rora ſemper cũ dicto aceto donec ſit ſicut ſalſa clara, & hoc totũ in phialia vitrea poſitũ ſub terra, in fimo calido equino per 11. dies, donec totũ ſoluatur. In hoc n. ſpatio, vel circa, ſoluetur, ſi fimus fuerit ſemper calid'. Tũc cum ſolutũ fuerit, extrahe, & pone phialã inter cineres calidos tẽperate, orificio phialę aperto donec totus vapor humidus exierit. Tunc luta bene orificium, & ignẽ tẽperatum continua per diẽ naturalẽ, vel donec totũ ſit cõgelatum in vnã maſſam ſiccã & duram, tunc phialam frange,

& inuenies ſulphur purgatum, & tingens ceratum, & ingrediens, fixum, & in igne perſeuerans: q̄ ſi in aliquo horum defecerit, in fixione deficit: Sed defectus iſte ſupplebitur per iterationem ſolutionis, & coagulationis, eo modo agēdo quo prædictum eſt. Cum ergo ad hoc ipſum adduxeris, operari poteris ex eo albo, ad album ſuper Mercurium & Iouem, & venerem, ad vtilitatem, hoc modo.

*Quomodo operaberis ſuper Mercurium cum ſulphure.*

Super Mercurium hoc modo operaberis, ex eo accipe Mercurium viuentem, & miſce cum dimidio pondere ſui, de Ioue ter fuſo & deſpumato: & hoc

facto

facto totum pulueriza optime super porphyrium cum æquali pondere sui, salis cõmunis prius assati, vsq; non crepitet: & in-corpora optime alia duo cum illo sale, & tere cum tædio, absq; aliqua humiditate, donec totum sal nigrescat ex nigredine ab eis extracta: tunc ablue totum in aqua simplici, vt egrediatur totum: eiecto sale, constringe patrem cum filio, & hoc per pannum vt desiccetur: Iterum tere ipsa cum æquali noui salis, donec nigrescat vt prius: Iterum extrahe sal cum aqua vt prius: Iterum tere tertio vt prius, cum nouo sale. Et hac vice tertia ambo assa cum suo sale contrita in igne lento, in patella terrea, per vnã horam, vt sal de-

ſiccetur. Tunc ſi Mercuriꝰ volare cœperit, tolle ab igne, & tere optime cum eodẽ donec ſit valde nigrum ex humiditate, & nigredine ſulphurea ab eis extracta: & tunc extrahe ſal cum aqua vt prius: per hunc modum deſiccatum & purgatur Mercurius à nigredine, & humiditate prima ſulphurea, & ſtannum ſimiliter, videlicet per cõtritiones & aſſationes cum ſale: & his oportet pluries facere & contritiones, & aſſationes iterare, donec extrahatur humida atq; ſulphurea nigredo ipſorũ: Ego duodecies triui ipſa cum ſale, vt dictum eſt, & duodecies aſſaui, puta in qualibet cõtritione, & ipſa tunc fudi ſimul, extracto ſale, & inveni maſſam albiſſimã & mũdiſſimã, verumtamẽ frangibilẽ valde, quia

argētum viuum non erat adhuc digestum, neq; coagulatum, sed volabat adhuc, erat tamē mundius & purius, & cū eo tenebatur Iupiter sine stridore, nube nigra atq; citrina carebat, q̃ insignum nimię sulphureitatis prius habu erat, q̧ specialiter me lætificauit ambobus sic præparatis sulphur quidē præparatum coniungendū est hoc modo: fundātur ambo simul, & super ipsa fusa atq; fortiter ignita proiiciatur septima pars prædicti sulphuris immersa omnino in medio amborum fusorum, & teneatur ibi sulphur cū tenaculis ferreis, donec dissoluatʳ cū eis, q̧ q̧dē statim fiet si ceratū fuerit cū dicto sale armoniaco, q̃ uis de sua natura fere ceratū sit: incorporato sulphure cū eis, extrahātʳ statim ab igne &

proiiciatur totum in aceto, saltem semel distillato; & permittãtur infrigidari, & inuenietur massa valdealba, sed mollis, & frangibilis. Sciendum est ergo de natura huius massæ metallice, quod cruda est & indigesta ex omni parte, & ideo frangibilis & bene non coagulata rationaliter inuenitur; ex parte quidem argenti viui crudum est, & indigestũ: ex parte quoq; stanni, quod est mollissimum, patitur, & non est bene coniunctum nec coagulatum, sicut nec plumbum, propter quod ab ignis violentia statim per nubes seiungitur, sicut in sua fusione patet sensui: sulphur autem medium est compositionis eorum: veruntamen sine magna decoctione & longa

longa: ad hoc ergo fiat vas terreum, in modum pixidis habẽs cooperculum aptũ: & imponatur huiusmodi massa: & lutato cooperculo ponatur in igne lẽto; id super ignẽ lentũ quasi sublimandum: & continuatur sibi talis ignis per tres dies, vt massa decoquatur & digeratur, & coaguletur, ignis & sulphuris cõponẽtis beneficio, & ne Mercurius à Ioue & sulphure sic sublimando discedat, qualibet hora euertatur pixidis capite inferiori superimposito, ne Mercurius sulphuris coagulantis & cõponentis subiectũ contactum effugiat, per hunc modũ procuratur massa argentea alba & pura, malleabilis & fixa, quia autẽ vt dicitur 4. Metheororum substantia ar-

gēti viui à sulphure coagulať per frigiditatē coagulātē & cōstringētē, post caloris accretionē expedit quidē, & hoc nota benè, vt massa prædicta fusa sæpe in aceto forte extinguatur, vt citius cōgeletur, & frigescat, post accretionē caloris. Hanc autē congelationem Mercurii à naturali & minerali congelatione, vt potui melius & breuius, faciliusq; exemplaui: cetera intelligēti supplēda dimitto: hoc tamē addo ꝙ boracē præ omnib. in consolidatione & ductibilitate metallorum exaltandam prænuncio.

*Quomodo perficit Iouem Annum.*

Iupiter absq; dubio faciliter & cito, vt dictū est ꝑ dictū sulphur corrigitur, & notabiliter emendatur, dealbatur, & cōponitur, in nubib. minus abundat, stridorē amittit, humiditatē assumit in

fratrẽ, cum fraternatione tẽperatur, lunãq; cui summe immittatur, anteq̃ ambo præparẽtur, post sui præparationẽ & mediationem sociã recipit & amicam forti colligatione cõnexã: ita vt ab ea vix, aut nunq̃ per cineritiũ euelli possit, huius termini talis est via: funde Iouẽ, & igne forti dato, per spatium dicendi duos psalmos. Exspuma ipsum, nubẽ semper auferẽdo superficialem donec per hunc modũ tot⁹ cõsumatur per nubẽ, tunc illas col lige munde & bulli, in aceto for tissimo per dimidiũ diẽ, & sic co la ipsas per pãnu, & exprime. Expressas optime tere cu æquali põdere salis cõis, donec totũ nigrescat: tũc extrahe salsedine vt pri⁹ dixi: hoc fac duodecies, renouã do semper salis pondus, tunc erit optime præparatus ad ma-

teriã suscipiẽdã: da ei septimum põdus sulphuris pręcedẽtis, imponendo ipsum fusum, & tenẽdo inclusum donec dissolutum incorporetur cum eo. Scias autẽ quod Iupiter post prædictã præparationẽ multu difficilius funditur quàm prius, quia calcinatũ est. Sicq; reduces calces ad fusionẽ & malleum. Accipe boracis modicum, & proiice in igne super tegulam, vel terram, donec infletur, & iam cõtingi incipiat, tunc accipe eam & tere, & resolue totum cum modico vini, & in hoc vino submerge calcẽ quam habueris, & pone in igne lento, in cõcibolo forti, donec modicum ebullitionis emiserit, & statim suffla fortiter, totoq; desiccato, anteq̃ fundatur proiice, & imbibe

imbibe calcem illam, cum modico porci sanguinis & remollietur, atque cito fundetur, tunc incorpora cum ipso sulphure prædicto pondus septimum, & inuenies Iouem, album, & dulcem, & bene compositum, & sine stridore Lunæ præparatæ consocium & amicum.

*De præparatione Lunæ ad sulphur.*

Luna sic præparatur. Primo purgetur cum plumbo & cinere. Postea fusa, proiiciatur in virgulas, & igniatur decies, donec sit bene rubea, & qualibet vice extinguatur in porci sanguinem. Post vero vicem lanietur tenuiter, & fundatur cum modico boracis inuoluentis laminas, & sic fusa proiiciatur iterum in virgulas,

gulas, & vt prius extinguatur decies in quo & prius: Postea iterum tenuiter laminata, cum quo & prius fundatur: & tertio in virgulas proiiciatur, & decies iterum vt prius extinguatur: & tertio refundatur tenuiter laminatum: tunc pro certo scias te habere Lunam dulcissimam & purgatam: qua fusa superadde decimum pondus prædicti sulphuris, & habebis Lunam Iouis amicam, prædictique stanni vel plumbi velocitate fundatur: & super laminam ignitam coniunge ea, & coniungetur. Congaude eis, & congaudebunt tibi. Hanc viam ego aperui & triui, & per eam ambulaui, & ad optatum terminum & prætactũ cum gaudio me perduxit, quã-

uis

uis effectu diminuto, eo quod arsenicum posui per quod sulphur non habui. Scias ergo pro certo quod istud capitulum larga est retributio omnium verorum beneficiorum executa amoris in recompensatione. Sed & ego amorem do pro amore. Nam ego cum meis omnibus sum paratus.

*De conuersione Veneris in Lunam per sulphur.*

Viso modo quo vtendũ est sulphure supra Mercuriũ & supra Iouẽ: videndũ est, quomodo vtendũ sit eo supra Venerẽ. Venerem accipe, & eam præpara, sicut prędictum est capitulo de Venere: Præparatã funde, & superadde ei decimam partem prædicti sulphuris, & ingredietur statim:

Tunc

Tunc concito extrahe, & per virgulas in sanguine porcino immersas proiice: Et inuenies Venerem fere in Lunæ proprietatem conuersam, Lunæ habens albedinem & dulcedinem fere in fusione & malleo, & compositionem bonam, vt non scorietur ignita, & Lunæ coniuncta fortiter se miscet cum ea, vixq; per cinericium euellitur ab ea: Ita fere in naturam ipsius conuersa nubesque impuras nõ habet ignita, rubea tamen tunica se circundat exterius.

### *De præparatione sulphuris ad Solem.*

Sulphuris huius præciositas non tantum in Lunari opere, sed in Solari per amplius inuenitur: Cum

Cum enim debite præparatur, Lunam debite præparatam certissime conuertit in Solem: Huius preciosi operis practica à me quidem vobis non aliis reuelanda, sub occultissimo sigillo consilii recondatur. In nomine ergo Dei sulphuris quantumuis tere minutissime, & ad ignem lentum in olla terrea bullias septies, vel donec citrinitas quæ est virtus egrediatur cum lento igne: Bulliatur autem in vrina, quæ est in acuitate temperata: Ita leniter seruato ordine ignis, vt per nimiam caloris vehementiam non egrediatur aliquid de vnctuositate, sed tantum tinctura, id est, citrinitas: Hoc est verbum secretum. Renouetur autem ei semper vrina quam

quam cito fuerit bene tincta: & sic renouetur semper, vsq; quo tota tinctura cesserit in vrinis. Vrinæ autem omnes extractę cũ tinctura simul ponantur in vase magno, & distilletur simul ex vno vase cũ lento igne, donec incipiat exire aqua citrina & demũ rubea: quoniam in illis est tinctura & est illud quod quęrimus, vel saltem pars eius. Aqua autem quæ primo exit alba, nõ est nobis necessaria, quoniam caret eo quod quærimus, totũ distilletur, vsq; ad nigras feces, ad partem pone feces, quæ remanserunt in concurbita, & reserua. Aquam itaque quam extraxisti citrinam & rubeam simul commisce, & secundo dist lla vsque ad feces nigras, quas vt prius optime

ptime desicca, & illas ad aliam partem reserua, quoniam in illis quoque est tinctura. Et ista est ignis sulphuris. Et hoc est verbum certissimum. Istum igitur ignem accipias ad partem, & aquam, quæ fuit citrina & rubea secundo distillatam serua. Ignē ergo prædictum bulli in aceto forti semel distillato cum igne temperato. Sic illum decoques, vt quod ibi est de caussa adustionis quamuis modicum sit si bene egeris destruatur? Post bullicationem vero & decoctionem eius modicum de ipso siccum fusæ Lunæ superiaceas: quod si denigrauerit vel combureri, scito quod cum igne alium extraxisti. Si rubefacit eam vel citrinat absque

com-

combuſtione vel nigredine, bene quidem factum eſt. Si ergo cauſſa combuſtionis ibi eſt, decoque ignem cum aceto, donec conſumatur. Tunc ignem tuum ſiccum & præparatum iunge, & cera, vt dictum eſt cum triplo prædicti ſulphuris præparati albi & mundi, addito pondere ſalis armoniaci. Hæc quidem tria cera & comple, vt prædictum eſt in compoſitione albi, & ſolue, & congela, & proiice quantumuis ad oculum ſuper Lunã, vt capitulo ſuo dictum eſt præparatam, & vertetur in Solem optimum ad omne iudicium ſuſtinendum. Aliqui tamen libri innuunt, & credendum illis æſtimo, quod perfectior eſſet Elixir, ſi hæc quaſi in eadem propor-

portione ponerentur, puta sulphuris purissimi & albissimi pars vna, Mercurii purissimi & albissimi pars vna. Et ista simul cerarentur cum vna parte salis armoniaci ter sublimati, & prædicta aqua rubea distillata. Vtrumque autem istorum bonum æstimo & certum. Innuunt itaque libri, quod quidem certum est, vnctuositatem sulphuris nō auferri ab eo tātum per corruptionem eius in ipsum, videlicet assando cum rebus desiccantibus, vt dictum est; Sed etiam per extractionem, quæ fit bulliendo, cum aquis acutis, vel oleo donec extrahatur ab ipso supernatans ex aeritate sua, ꝙ verum est. Nota ergo hæc bene, & secundum ea operare.

De

*De præparatione Mercurii.*

Exequuto breuiter tractatu de sulphure & Mercurio. Postea tractandum est de principaliori, & post ipsum digniori. Est autem Mercurii corpus minerale compositum ex terra subtili sulphurea, & aqua fortiter admixta elementis, & pro altera parte materia metallorum. Substantia autem sua terrea purganda est à grossa terrestreitate sulphurea. Aquea vero substantia ab humiditate duplici superflua. Et cum sulphure præparato, sic conueniet in nobilissimā Elixir compositionem, vel etiam in metalli auri completam perfectionem, tanquam sanguis mulieris virtute virilis seminis coagulans in corpus humanum,

con-

consequente digestione completa, sicut est in operatione naturæ vel artis; quoniã vt dicitur quarto Metheororũ. Nihil differt an in organis naturalib. aut artificialibus fiat. Oportet ergo quemadmodum dictum est de sulphure, sublimare ipsum in vase artificiali, quẽadmodum natura sublimat ipsũ in vase naturali; q, est vas continens materiã mineralẽ, vt purgetur ab humiditate, & sulphureitate supflua. In nomine ergo domini accipiatur Mercuri⁹, & p̲iciatur in medio patris sui, vt coaguletur aliquantulũ: & sic optime teratur & incorporetur cũ duplo suarum fecũ; & ponatur in sublimatorio inter duos lectos earũ: & cessãte humido vapore lutetur, & ignis me-

mediocris, donec totum sic sublimatur desuper ministratur, feces sunt istę. Recipe salis communis partem vnam, atramenti nigri vel viridis, id est, vitrioli partes duas, sulphuris partem vnam. Cum his fecibus sublimetur septies, vel pluries, donec omnem superfluam humiditatem amiserit, & albissimus fiat atque lucidissimus, conteritur cum fecibus suis, rora cum aceto vel vrina, & ignem fac mediocrem, quia faciliter comburitur. Priusquam aperias sublimatorium, permitte ipsum infrigidari, quia fumus eius nociuus est valde. Mercurius quamuis bene purgatus sit per sublimationem, non ita faciliter ingreditur corpus metalli, vel in ipsum

ipſum manet, quemadmodum ſulphur vel arſenicum, quoniam corpus eſt valde ſiccum, & vix funditur: quando enim metalla funduntur, reuera magis eſt ex ſulphure, quam ex argento viuo: Vnde ſulphur vel arſenicum præparata, & cum metallis coniuncta ipſa quidem remolliunt, & velociorem fuſionem faciunt. Igitur oportet ipſum cerare & fixare, vt in metallum ingrediatur, & in ipſum etiam remaneat: Fit autem ceracio, id eſt, partium vnicatio, & remolliatio, per aliqua ſalia, & boracia, & olea: Inter ſalia autem ſal armoniacum cerationis, id eſt, vnicationis & remolliationis óbtinet principatum: Poſt ipſum autem ſal petræ: Inter

boracia vero; borax aurifabrorum, cum qua consolidant: Inter olea autem, oleum capillorum, & post ipsum oleum ouorum. Incerationis autem contricio est valde necessaria: quoniam per contricionem multã subtiliantur partes, & inuicem ingrediũtur. Igitur accipe Mercurium purissimum, & per sublimationẽ optime depuratum, & contere ipsum optime cum septimo pondere salis armoniaci ter sublimati cum æquali salis communis: & rora semper cum oleo capillorum rectificato, vt in loco suo dicetur, cum bene & optime contritum fuerit & vnitum, quasi salsa fuerit, desicca ipsum in vase vitreo inter cineres calidos, vel ad so-

lem, in aliquo vaſe vitreo, ſi tempus ſolis fuerit: & ſiccetur donec fiat de eo maſſa dura: Tunc ipſum tere optime iterum, & rora cum oleo capillorum, vt prius donec optime vniatur, & fiat iterum ſicut ſalſa: & deſicca ſecundo fortiter vt prius: ſiccatum tere & rora cum dicto oleo quo prius, & tertio deſicca fortiter: Tunc quidem poterit eſſe ceratum: cuius ſignum probationis eſt ſi ſupra laminã ingnitam vel denarium argenti, vt cera funditur. Si non eſt ita, tere & imbibe cum oleo iam dicto, & ſicca donec ad hoc deuenias: Hoc enim cito eueniet: Ipſo ſic cerato habe acetum fortiſſimum ter diſtillatum, vel aquam ouorum, vel ca-

pillorum rectificatam, vt loco ſuo dicetur; & ſi non bene acute, poſt probationem cum lingua acues decima parte ſalis armoniaci. Et cum vno iſtorum liquorum ceratum prædictum donec fiat ſicut ſalſa clara optime trita: Incorpora, tere, & diſtempera, & pone in vitreo vaſe clauſo bene cum ſtuppis in fimo equino calido continue per 11. dies vel 16. Extractum coaguletur inter cineres calidos in maſſam duram & ſiccã aperto vaſe, donec humiditas receſſerit. Ipſum coagulatum probat ſi ſupra laminã ignitam fuſum non fumauerit vel fugit; propoſitum habes, ſcilicet purgatum, ceratum, & fixum. Si vero fumauerit, non eſt fixum: Reitera ergo

per

per eundem modum solutiones & coagulationes; nam per ipsas cito figetur Mercurius: Sic cõpleto vtere ipso super cuprũ sicut dictum est vtendum sulphure, vertetur que in Lunam. Si autem in prædicta Mercurii ceratione æquale Mercurii pondus sulphuris posueris, & ambo simul cum septimo vel decimo pondere salis armoniaci ter sublimati, & oleo capillorum, vel saltem ouorum, vt prædictum est ceraueris, & solueris, atque coagulaueris: pro certo scias, quod citius cerabitur & figitur, & abundantius atque perfectius operabitur. Nec in viis spirituum mineralium via perfectior vel naturalior inuenitur: proceditur enim ex iis ex quibus natura

procedit; vnde & metallis naturalius cõiunguntur. Si autem ad rubeum ex ipso fuerit operandum; ceretur cum eo quarta pars ignis sulphuris prædicti, & ceretur cum septimo pondere salis armoniaci, & tertio calcis Solis, & aqua vel oleo rubeo in capitulo sulphuris, & ceratum soluatur & coaguletur vt prædictum est. Tunc proiectum super Lunam præparatam, vt est dictum in capitulo suo quãtum sufficit ad oculum, conuertit ipsam vere in Solem.

*Præparatio arsenici & effectus eius.*

Executo vt breuius potui tractatu de Mercurio; consequenter de arsenico est tractandum. Est autem arsenicum corpus mine-

ne-

nerale, commixtum ex terra & aqua fortiter mixtis, oleaginum quidem vt sulphur, minus tamen in oleo, plus autem, in terra abundans, & sulphure grossius atque terrestrius. Huius autem purgatio est per solam sublimationem, cum rebus desiccantibus, & consumentib. oleagineitatẽ, quę est eius humiditas prima, & aqueitatem superfluam, quæ humiditas secunda in igne ab eo sicut à sulphure euaporans. In nomine igitur Domini accipe arsenicum bene lucidum rubeum vel citrinum, & teratur minutissime cum æquali pondere & dimidio ferreti, roreturque cum modico aceti, Et bene mixtum cum fecibus suis

ponatur ad ſublimandum inter duos lectos puluerum, cum quibus ſublimatur ad ſpiſſitudinem dimidii digiti, & ſic detur ignis mediocris, donec fumus ceſſet humidus, tuncque claudatur, & ludetur vas optime, & fortificetur ignis, donec totum ſublimetur; quod erit in mediocri quantitate, poſt vero horas, infrigidetur itaque vas, & poſtea aperiatur, & colligatur quod apparuit extra feces: Deinde teratur, & cum nouis pulueribus eiuſdem in omni remiſceatur & ſublimetur iterum omnino vt prius, donec ſit album & mundum, vt criſtallus lucidum; omnique vnctuoſitate & ſuperflua humiditate conſumpta. Hoc autem fieri poterit cum dictis pulueribus

in

in quinta vel sexta sublimatione: Hoc habito, vtere eo soluto & coagulato, omnino agendo eodem modo quo & de sulphure dictum est, siue ad album, siad rubeum fuerit: Nota tamen quod arsenicum non tantum valet in conuersione & coagulatione Mercurii quantum sulphur, nec ita naturaliter, vel abundãter operatur in cæteris, sicut sulphur, quamuis in illa præparata & aptata laudabiliter operetur. Potest autem ex eo trahi virtus ignea, sicut de sulphure dictum est: Minoris tamen virtutis est, & efficaciæ: Cum sulphure autẽ & arsenico omnia metalla comburi possunt, quamdiu vnctuositatem suam retinent dum calcinentur, & pulverizentur, ni-

grescunt tamen, ratione suæ vnctuositatis.

Executo breuiter tractatu de spiritib. mineralium. Nunc quidem de aliis eorum virtutibus, secundum alium modum, prout verum reperi, est videndum, & primo de opere bono & probato ad Solem. In nomine ergo Domini accipe salem armoniacum, & sublima ipsum cum ferreto optime calcinato totiens, quod cum vna libra illius calcis, septem libras spiritus sublimaueris, totaq; virtus ignea, id est, citrinitas, septem libras in vna libra remanserint. Calcem post quamlibet sublimationem recalcinando, donec sicca redeat, & bibito oleo iterũ sitiat: tunc.n. inuenies calcẽ optime cõbustam

q̃ in igne tãdiu affabis, quousq; nigra vnctuositate careat, tũc eã redire fac ad masiã malleabilẽ cũ sale armoniaco & borace vt scis secundũ q supradictũ est: Erit.n. corpus rubicundũ valde dulce & molle. Ipsum ergo quinquagesies in aceto fortissimo extingue, & efficietur durius, tunc ipsum cuba per virgulas mediocriter tenues in medio salis cõmunis & calcina |iterum, donec possunt puluerizari, & eiecto sale, vt prius, itera sublimationem nouæ tincturæ totidem, & iterum fac omnino vt prius, & sic aggregabitur tota citrinitas in vnum, tunc vltimo calcina, & assa donec consumatur tota eius vnctuositas, & remaneat calx rubea & munda, tunc

accipe calcis huius libram vnã, arsenici purgatissimi&albissimi, ℥. iij. salis armoniaci. ℥. j. Sal armoniacum autem & arsenicum terantur primo & rubificẽtur cum oleo sulphuris præparando, vt dicam, & rubificata terantur & cerentur optime cũ dictæ calcis duplo rorando & imbibendo cum oleo sulphuris dicendo, soluendoque & coagulando, donec efficiatur massa cerata vt scis. De hoc proiice vnum pondus vel quouis ad oculum super Lunam vt supra dictum est præparatam, & efficietur Sol bonus absque dubio cum adiutorio sequenti. Oleum sulphuris ita fac. Contere sulphur minutissime, & bulli ipsum in vrina clara prius bullita & di-

spu-

ſpumata, donec extraxeris totam tincturam abſq; oleo: loturas omnes poſt illa cum lento igne: & quod circa finem egredietur rubeum, erit tunc oleum ſulphuris. Ipſo vtere vt dictum eſt. Expeditis prædictis accipe purum aurũ, & extingue ipſum decies in porcino ſanguine, & tunc tenuiter laminatum funde cum borace & erit quaſi ceratũ: quod ſi non vt plumbum adhuc funditur, reitera extinctiones & fuſiones, donec ad hoc peruene ris: tunc funde cum æquali ſalis prædicti: & ſcias indubitanter te habere ſolem bonum, in omnibus & per omnia. Tunc reddes ei tale remediũ contra cementi violentiam: Ipſum vt aurum purum remollias, ſed minus:

Ita

Ita tantummodo sustineat igniri, donec ad rubedinē, & erit securum in cemento.

*Opus bonum & probatum in sole.*

Lunam puram consume ad saxum durum, donec omnino sit quasi puluis: & sēper rora modicum cum aceto: postea optime ablue donec sit munda & alba tunc accipe sal cōe mundum & tere lunam optime cū æquali eius, & cōmisce ut poteris meli⁹ rorando cum aceto fortissimo, donec sit quasi salsa, tunc permitte siccari bene, & calcinari super ignem, & sicca iterū, & contere vt prius, & rora cum aceto, & sicca, & calcina vt prius, sic fac septies, tunc accipe aquā acutam quātūuis, & ablue optime calcē; cum sale, donec totum sal extrahatur

batur, & remaneat calx alba & munda tunc accipe Iouem præparatum & mundè calcinatum, & puluerizatum, æquale pōdus prædictæ calcis & salis armoniaci purgati cum sale communi æquale calci de singulis ana.ʒ.i.de his 4.videlicet ʒ.4.hæc igitur 4. optime tere, & cōmisce super marmor conterendo & imbibēdo cum aceto fortissimo ter distillato, donec sit totū quasi salsa optime trita. Hinc permitte bene desiccari in sole vel lento igne, deinde accipe oleū sulphuris prædictum, & imbibe calcem tuam, id est medicinam prædictā ex 4. cōpositam ex eo donec sit quasi salsa: tūc desicca eā in sole vel lēto igne, siccatā iterū imbibe

bibe, & ficca vſque ad 36. imbibitiones, vel plures, & totidem deſiccationes. Inter 10. autẽ imbullionesſemel ponatur in fimo per 7. dies, vel plures: tunc examinetur, & proiiciatur vnum pondus ſuper 7. lunæ puræ: et ſi ſtatim non morauerit ſine fumo, & colorem rubeum, vel ſaltem citrinum non dederit, reiterentur imbibitiones, & deſiccationes, ac ſolutiones, & coagulationes, donec hoc efficiat: tũc addatur ei æqua pars ſolis puri vt prædictum eſt cerati. Et remolliantur vt dictum eſt, & erit ſol bonus in omnibus & per omnia: nota tamen quod aduertẽdum eſt in operibus ſolis ſpecialiter, quod ſi medicina aliquid vnctuoſitatis comburentis

vel

vel denigrantis habuerit, tã diu decoquatur per se, si calcinari patitur, vel metallo etiã incorporata, quod per ignis decoctionem totum consumatur.

*Opus probatum in sole & luna ex quatuor spiritibus.*

In nomine etiam Domini accipe sulphur mundum minutissime tritum, & totiens in distillata semel vrina bulli cum lento igne, donec totam exterius citrinam tincturam extraxeris sine aliqua vnctuositate: tunc omnes vrinas simul in vno vase si poteris distilla, quousque exeat cum lento igne circa finẽ aqua citrina; quam ad partem reseruabis: cum exierit etiam aqua rubens, & illam ad aliam partem

seor-

ſeorſum reſeruabis: in hac enim aqua eſt oleum ſulphuris & ignis quod vero ſiccum fuerit in cucurbita, eſt etiam ignis: hanc terram ſerua ad partem: poſtea accipe arſenicum, & omnino de eo fac vt de ſulphure, & ignem oleumq; ad partes reſerua: hinc accipe illud arſenicum, vnde totum ignem extraxiſti, & optime ſublima cũ ferreto vel ferri ſcoria ſepties vel donec ſit mundiſſimum, albiſſimum, & lucidiſſimum, & tunc reſerua ipſum: deinde accipe Mercurium, & ſublima ipſum cum atramẽto, vel vitriolo & ſale, ſeptiẽs, vel donec ſit ſicciſſimum, albiſſimũ, & lucidiſſimum: poſtea accipe aquilam, cum ter ex ſale volauerit, & reſerua: tunc accipe ſpirituum

purga-

purgatorum libras 3. sulphuris ex quo ignem extraxisti, libram vnam, & omnia simul contere, & super porphyrium cōmisce rorando cum aceto, donec fiat ex eis massa vna quasi pasta optime commixta: & hoc totum pone in vase terreo forti super ignem lentum, donec tota humiditas exierit, tunc luta vas, & fortifica ignem quasi ad sublimandum arsenicum: & permitte assari bene, & commisceri simul per sex horas: postea vase infrigidato, aperi & collige totum, collectū contere totum & cōmisce cum tantum cinerum vitis optime cribellatorum, vel cum aliis si illas nō habueris: & sublima massam tuā semper cum æquali cinerū, donec inuenias oēs tuos 4. spiritus

ſpiritus mūdiſſimos, albiſſimos & lucidiſſimos: tunc eos cera, ſolue, & coagula cum oleo capillorum vel ouorum rectificato, donec eos intenias ad cero velocitatem quodvis corporum metallorum ingredi ſine fumo: tūc enim pro certo, quod volueris corporum metallorum in verā conuertet lunam. Si autem ad ſolē operari volueris, cera cum eis ignē prædictum ſiccum, quā tum eſt vnum aliorum videlicet quartam partem, & cera cum oleo rubeo, donec invenias medicinā tuam ſine fumo ceræ velocitate, ſuper argenteam laminam diffundi, & in citrinum colorem conuerti: & ſolue & coagula vt prius, ignem autem ſiccum præparabis calcinando leuiter, &

uiter, & cum aqua citrina imbibendo, donec nigredinem amiserit, rubẽs effectus, vel citrinus: tunc proiice in nomine Domini vnum ex ista medicina super quãtum volueris ad oculum de quouis metallo, & erit sol bonus in omni examinatione perfectus. Igitur in hoc opere pro albo quidem & rubeo, certum scias te habere documentum.

*Opus probatum de calcibus corporum in Solem.*

Hæc est via naturalis & probata in compositione medicinę aureæ, ex calcibus corporum & spirituum simul cõpositorum. Accipe cęlum oui sui sine nube, & allue optime, ablutum autem calcina in furno vitri, per diem natu-

naturalem, vel donec efficiatur cinis albissimus, tũc ipsum cinerem accipe, & cum eo sublima arsenicum, donec citrinitas 5. librarum in vnam istius cesserit: tunc calcem tuam optime recalcinatam, donec careat nigredine, seorsum reserua: hinc accipe Iouem & præpara per contritionem & assationem cum sale cõbusto, vt supra, & calcina donec puluis siccus efficiatur, & secum reserua: deinde accipe venerem optime calcinatam & pulverizatam reserua; Inque accipe Saturnum rubeum calcinatum id est, minium, & reserua. Sic enim habes quatuor calces corporum: Igitur accipe istas quatuor calces de singulis libram vnam, pone super porphyrium

phyrium,& ꝑ optime tere,& cõmiſce, & incorpora cum aceto ter diſtillato : fac inde paſtam, quam in vaſe terreo forti pone ad calcinandum in igne forti valde per diem naturalem , calcinatam vero maſſam extrahe & reſerua,tunc accipe Arſenici libram vnam albiſſimi ſalis petræ & ſalis armoniaci ana libram vnam,hæc tria optime tere ſuper porphirium& commiſce. Sit autem ſal armoniacum ter prius eleuatum ex ſale communi . Hæc tria tere cum oleo ſulphuris antedicto, donec fiat maſſa cerata valde rubicunda : tunc optime tere iſta , & in ipſo ſulphuris oleo ſolue , & diſtempera, vt ſit quaſi ſalſa clara.

Igitur

Igitur tunc cum hæc salsa clara imbibe prædictam calcem corporum, optime conterendo, & cõmiscẽdo super porphyrium, donec totum optime sit cõmixtum atq; ebibitum, & sic medicinam istam, quasi claram salsam distempera, & sub fimo equino reconde per 11. dies, in calore cõtinuo, vt bene digeratur, atque soluatur: tunc extrahe & coagula inter cineres calidos, & exinde nõ cesses imbibere medicinam tuam, cum dicto oleo, & soluere, & coagulare, donec invenias ipsam ceræ velocitate super laminam argenti sine fumo diffundi, & ipsam ingredi, & in aurum conuertere. Hoc enim pro certo facies comprehẽdes nisi è via scripta erraueris.

*Opus optimum in solem nota bene.*

Incipit secretum secretorũ, precium impreciabile, experimentum probatum, & infallibile, de compositione medicinę aureæ: quæ lunam præparatam certissimæ conuertit in solem probatum & bonum, & in omni opere perfectum. In nomine Domini omnipotẽtis accipe sulphur mũdum & lucidũ minutissime tritum, & totiens insimul sublimata prius & bullita, & putrefacta cum igne lento bullias vrinam donec totam extraxeris tincturam absque aliqua omnino pinguedine, tunc omnes loturas distilla cum lento igne, & omnẽ aquam albam citrinam, & rubeã separatim reserua: fecem vero in fundo remanentem tolle &

 reser-

reserua per se : aquas autem duas vltimas in simul coniunge, & secundo per distillationem fac ascendere & reserua, feces vero istas secundas pone ad primas, & reserua ad partem aquam albam etiam reserua per se. Igitur in nomine Domini accipe alumen quoduis, & modicum calcina : calcinatum vero pulueriza minute & commisce, & contere optime cum æquali põdere prædictarum fecum rorа semper cum aqua tincta, imbibendo, & desiccando, donec ad lentum ignem, vel solem totum biberit, & efficiatur massa sicca, tunc accipe eam in nomine Domini, & pulueriza minute, & in vase vitreo forti pone, hinc luta, & in furno calcinatio-

nis

nis pone paulatim ignẽ augendo, donec fortem sustineat ignẽ per 6. horas: tunc si omnino careat nigredine massa effecta rubea vel citrina; bene est, si non, iterum calcina. Tunc accipe aquam albam quam seruasti, & distempera prædictam massam cum ea prius minute puluerizatã, ablue totiens semper aquam claram colando, donec alumen per aquas resolutum ad partem cum loturis reseruatum. Quod autem remanserit, erit pretiosus ignis sulphuris citrinus vel rubeus: qui si talis non est, calcina donec talis sit, & ad partem reserua, tunc accipe oẽs loturas cum alumine & distilla cũ lẽto igne, vsq; ad feces, & aquã albã & citrinã reserua ad partẽ & rubeã

ad aliam serua partem: rubea e-nim est preciosum sulphuris o-leum omni alii rei incomparabi le. Ipsum optime serua: quod au tem remanserit de fecibus, si in eis aliquid tincturæ remanserit ipsum tere, & distempera cum aqua alba: & iterum quasi salsam claram optime tritam redist. lla-ta & aqua alba eiecta; citrinam cum prædicta citrina pone, & ru beam si affuerit cum prędicto o-leo rubeo repone, & fecem sic fece salis proiice, accipe ergo a-quas citrinas, & distilla cum len-to igne, & solum oleum rubeum reserua, & cum alio oleo rubeo pone: hoc ergo modo preciosis-simum habebis sulphuris oleum quod charissime custodias: Ig-nem quoq; suum serua, vsq; quo

di cam

dicam tibi, & ea reactione. Isto eodem modo potes extrahere ab arsenico suum ignem atque oleum: postea in nomine Domini accipe prædictum sulphur vnde tincturam extraxisti, & teres ipsum cum æquali pondere aluminus modicum calcinati: & optime commiscebis, & teres super porphyrium rorãdo cum aceto, donec efficiatur massa sicut pasta: tunc pone in vase terreo forti: & cum humiditas exierit, optime luta vas, & pone ad calcinandum, & assandum duplo igne sublimationis per sex horas, euertendo semel ab inferiori per tres horas, & sic calcinabitur, & consumetur ipsius pinguendo pro magna parte. Tunc extrahe ipsum, & minute pulue-

riza totũ: & cõtere & cõmisce vt prius, & rora cũ aceto: & repone iterum ad calcinãdum omnino vt prius, per alias 6. horas, & extracto vt prius, fac tertio conterendo & assando, post tertiam assationem extrahe ipsum, & minute puluerizatũ bulli in aquis acutis, donec eiicias alumen, colando aquas semper. Tunc desicca sulphur, desiccatum opticptime tere, & cõmisce cũ æquali pondere aluminis calcinati, & rora cum aceto, & iterum pone ad calcinandum ter eodem modo omnino, vt prius. Ad vltimum post sextam assationem, sublima ipsum sexies, vel donec omnino careat vnctuositate, & superflua humiditate, & sit albũ valde & lucidum cum scoria ferri teras æqualiter mixtis calcinato prius alumẽ sicut sublimã-

tur alii spiritus: hoc addito quod fiat lectus ei, & supra & subtus & incircuitum pulueribus, cũ quibus sublimatur, & fiat in principio ignis lẽtus, & sit coperculũ sublimatorii eleuatum super discum inferiorem ne comburatur quod fuerit eleuatum: fac ergo vt scis: quoniam sublimatio sulphuris est de certissimis Alchymiæ partib. Tolle ergo spiritum tuum purissimum, albissimum, & lucidissimum, & serua ad partẽ postea accipe Mercuriũ in vẽtre patris sui occisum & sublima septies, vel donec exeat albissimus, siccissimus & lucidissimus cũ puluerib. vitrioli, vel atramẽti cũ sale & sulphure æqualiter mixtis in triplo, vel in quadruplo ad Mercu. & lucidissimũ ad partẽ reserua. Postea accipe

aurum omnino purum, & argentum omnino purum, & funde ſimul ana, fuſa vero per virgulas proiice, & decies extingue in porci ſanguine, hinc tenuiter laminata, funde & amaſſa cum borace, ſic reduc ad virgulas, & extingue decies vt prius: & funde ſecundo tenues laminas & amaſſa vt prius, hanc viã ſequere, donec fundatur valde cito fere, vt ſtannum, & mollia fiant valde, & reſerua per ſe, argentum autem antequã cũ auro ponatur depuretur: depuratũ ponatur ad calcinãdum per virgulas in medio ſalis per diem integrum in igne forti, vt extrahatur tota nigredo & ſulphureitas atque euaporans humiditas, & efficiatur calx alba & munda: tunc extrahatur ſal ſe-

do cum aqua, & residuum fundatur, & amassetur cum borace, & erit præparatum optime, postea redeas ad partium congregationem, & Elixir completionem. In nomine ergo Domini accipe prædicti spiritus præparati ℥.ij. ignis reseruati. ℥. j. salis armoniaci ter eleuati. ℥. Hæc omnia simul & semel peroptime tere, cõmisce super porphyriũ, & cera rorando & cum reseruato oleo, donec efficiatur quasi salsa optime trita, & sic permittatur siccari in sole vel lento igne in vitreo vase, cum autẽ fuerit bene desiccatum, ceretur super porphyrium secundo vt prius, & desiccetur; desiccatum iterum tertio ceretur omnino vt prius, & desiccetur. Desiccatum

distemperetur iterũ cum dicto oleo, vt sit quasi salsa clara, & sic positũ in vase vitreo ponatur ad soluẽdum & digerendũ in fimo equino, in calore continuo, per 7. dies vel amplius, tunc extractũ coaguletur, inter cineres calidos. Iterum itaq; cerationes, cõtritiones, & imbibitiones reitera, & desiccationes, quousq; medicina desiccata super laminam argenteã ignitã diffundatur velocitate ceræ, iterẽturq; solutiones eius & coagulationes omnino vt prius, donec in sua fusione vel Lunaris corporis ingressione non fumet, sed suam fixionem cum sua ceratione manifestet ingrediaturq; statim sine fumo totaliter, tũc erit preciosus thesaurus, argento & auro incõparabilis, cuius vna pars 12. lunæ, vt di-

ctū est præparatæ,in verū cōuertit solē,hic tamē nō sistas,quoniā proficies amplius. Istā ergo medicinā accipias, & super lunā & solem præparata & cōmixta vt prædictum est, fusaq; proiicies, q̃tum plus incorporare poteris: & postea ab igne extrahes, & inuenies ibi massam rubicundā & coloris iucundi, mollē in fusione, & malleo ad modum stāni: q̃ minutissime pulueriz abis, vel cū Mercurio incorporato, vel ad saxū durissimum cōfricando, donec ad hūc modū redeat, postea optime ablue cum aceto, vel aqua salsata, donec mūdissimam recipias calcē, istā igitur calcē in nōne Domini accipe, & cū æquali p̄dictæ medicinæ totiens tere, & solue, & coagula, vt efficiatur vnum corpus optime ceratū, &

compositum, & egreditur tota sine fumo: tunc enim erit thesaurus pretiosus, & pretiosissimus, lunam vt dictum est præparatam certissime conuertens in solē bonum, in omni iudicio, scias hoc, & gaudebis. Vt autem nihil perfectionis abscondam: melius est vt ceres prædictā calcem in albis à principio. Igitur omnes istæ viæ operationum, licet secundum diuersum effectū veræ sunt & expertæ.

*Tractatus de vegatabilibus & sensibilibus.*

Exequuto breuiter tractatu de spiritibus mineralibus, consequenter de vegatabilib. & sensibilibus est agendum. Inter vegetabilia aūt frumentum virtutis maioris obtinet principatū. Inter sensibilia aūt, id est, inter ea q̄ ex sensibilib. sunt, capilli hu-

mani sanguis & vrina, ouũq; galinæ legimus meliora: Est aũt fere idẽ modus operãdi in omnib. Oportet autem hæc munda eligere, & electa putrefieri, vt dissoluãtur in eis per res elemẽtares, & sint aptiores ad extrahendum & percipiendum per 4. elementa, vel quasi per dissolutionem & distillationem est. Ipsis igitur putrefactis per 2. dies extrahantur, & in cucurbita aptentur, & distillabitur cum lento igne: & seruetur ordo, vt aqua tota, quæ alba exierit, ponatur ad partem sola: deinde quæ citrina exierit vel rubea, similiter ad partem ponatur: & continuetur distillatio, quousq; cesset fumus, & remaneat in cucurbita terra nigra & sicca. Primo

cucurbita, & distilla cum lento igne vsque ad feces siccas. Hoc ordine aquam exeũtem albam, in hac secunda distillatione ad partem pone, quousque egrediens videas oleum, cuius sunt signa, videlicet gutta spissior, color intensior, & leuitas aerea, quia si prædictæ aquæ miscueris, supernatabit, tunc scias oleum egredi, quod ad partem ponas vsque ad siccas feces, distillando sic separabis aquam & oleum. Ignem vero in hac secunda cucurbita inuenies siccum, & rufum, vel etiam nigrum, sicut terram in prima.

Sic ergo quattuor elemẽta separabis. Rectificatio autẽ aquæ & olei eadem est, & eadem signa

am-

rubedinem habuerit, tunc ipsam serua: Tunc hoc modo ad terræ rectificationem accedes: terram siccam tere & tritam optime imbibe cum aqua sua siccando ad solem vel lentum ignem, terendo, & imbibendo, donec biberit sui decuplum: tūc ipsam bene desiccatam prius cum lento igne calcina: Postea cum igne fortiori, donec sit valde sicca: sitque ignis quasi ad sublimandum Mercurium. Ipsam autem terram sic siccatam iterum tere, & imbibe alio decuplo aquæ suæ: & hoc facto, sicca lente, & postea fortius, donec sit valde sicca: tunc iterum eam imbibe sextuplo suæ aquæ: & tertio calcina augmentando ignē calcinationis ex tertia par-

te:

te: Calcinatam quarto imbibe a-lio ſeptuplo ſuæ aquæ, tunc tere optime, cum vltima parte illius ſeptupli, donec ſit quaſi ſalſa optime trita & diſtemperata, & ſic poſitam in phiala vitrea cum modico bombacis obturata pone ad ſoluendum ſub fimo valde calido, per 11. dies vel plures. Tunc ſolutum extrahe, & fac ei bibere reſiduum ſui ſeptupli, & ſicca & calcina eam, cum igne ſecundo, nam tunc erit quaſi citrina, tunc omnino agendo vt prius imbibe eam bis quintuplo ſui, & iterum triplo ſui, ſemel calcina inter duo quintupla, & ſemel inter duo tripla, & ſic bibet vnum pondus terræ. 50. aquæ, & tunc erit rectificata albior & lucidior niue, theſaurus

in-

incomparabilis, ex profundo Philosophiæ defossus, tunc in nomine Domini rectificatis, 4. elementis ad Elixir completam perfectionem accedes hoc modo: terram prædictam bene siccabis, & siccatam optime teres, & cera, & imbibe oleo suo, id est, aere suo rectificato siccando & imbibendo donec siccata bene super cuprum ignitum posita fundatur tota, & tota inceret vt cera, & in Lunæ conuertat proprietatem: tunc semel tere eam cum aqua sua donec sit sicut salsa bene clara, & bene trita: & pone ad soluendum in fimo calido ad minus per 15. dies: solutã coagula inter cineres calidos, & habebis thesaurũ pretiosum omni pro-

pretioſo pretioſiſſimum: De hoc dicunt philoſophi: proiice vnum pondus ſuper 100. & amplius cupri præparati, & conuertetur in argentum verum. Tu autem proiice quãtum ſufficiet oculo tuo: quia quanto melius & perfectius egeris; tanto magis & melius de ea plus metalli cuiusuis conuertet: hoc eſt ſecretum maximum totius philoſophiæ, ab omnibus philoſophis ſemper abſconditum. Si ad aurum operari volueris, vt prædictum eſt, omnino facias: Hoc addito quod tribus partibus terræ rectificatæ, vnam ignis addas: & hoc cera cum oleo ſuo, vt prędictum eſt: & ceratum ſolue & coagula, vt dictum eſt: & de hoc proiice vnum pondus ſuper. 50.

Lunæ.

Lunæ, vt capitulo ſuo dictum præparatæ; & conuertetur in Solem abſque dubio verum.

*Recapitulatio dictorum.*

Dictum eſt igitur de omnibus Alchymiæ operibus principalibus, de metallis & eorum complexionibus & infirmitatibus, & curis melioribus quicquid libri philoſophorum melius continent tam in Sole quam in Luna breui breuiario intelligenti & iam prouecto ſufficiet: Scienti quod diuerſitatem metallorum ſecundum ſpeciẽ depurationis, & digeſtionis diuerſitas operatur. Igitur diligenter purgentur, & digerantur metalla, & medicinæ multo magis, quoniam ipſarum eſt ſupplere defe-

defectũ depurationis, & digestionis in metallis: quod quidem facere non possunt in tam modica quãtitate susceptę, nisi summe fuerint depuratæ atque digestæ. Summa autem depuratio haberi potest in spiritibus volantibus per iteratas sublimationes: in non volantibus autem, per calcinationes & ablutiones, & imbibitiones: Summa autem digestio haberi potest in vtrisque spiritibus, per cerationes cum oleis calidis & humidis, per solutiones in aquis prædictis acutis capilli & oui, putrefiendo sub fimo equino calido: Non contemnas putrefactiones spirituum in fimis, & solutiones eorum: quoniam pro certo ex hoc accipiunt bonita-
tẽm

tē digestionis. Nota ergo quod melior oui spiritus dicitur esse in testa exteriori, & dealbatur per calcinationem solam: debentque purgari primo à tela & teri postea, & ablui, vt mundi sint in simplici capitello: & ablutæ poni debēt in forti vase terreo cooperto propter alienos cineres & dimissis aliquibus foraminibus paruis in vasis circuitu, & in cooperculo, vt fumus exire possit. Debent ergo poni in igne fortissimo, sicut est ignis vitreariorum per diem naturalem, vel donec niuis candorem recipiant: Tunc imbibenda est calx ista aqua suo & oleo, suo, donec fundatur sicut cera: cui si sulphuris, arsenici, Mercurii, & salis

ſalis armoniaci æqualia addideris pōdera, opus erit perfectius. Et quia opus magnum eſt, & nominatum, ipſum proſequar ſpecialius. Habita ergo ouorum calce, tere eam ſuper porphyriū mundum optime rorando cum aqua ſua rectificata, donec ſit ſicut ſalſa, & permitte eam ſiccari in ſole vel lento igne, ſemper eam terens, & imbibens, donec biberit æquale ſibi de aqua ſua, tunc accipe ſal armoniacum ter ſublimatum & tere, atque diſſolue in æquali pondere olei oui rectificati, & ſalis armoniaci ſit media pars calcis ouorum, & ipſo in hora reſoluto & oleo, & peroptime tere, & cōmiſce, & cera in ſimul omnia optime ſuper porphyrium, & ſic fac bene

ſic-

ſiccari in Sole vel lento igne, donec fiat maſſa dura & ſicca: tunc ſiccatæ maſſæ accipe libram vnam, & tere eam, atq; reſolue in aqua propria, donec ſit ſicut ſalſa bene clara, & optime trita; & tunc accipe ſulphuris, arſenici, & Mercurii puriſſimorum ana libras tres, & optime tere: & cõmiſce ſuper porphyrium diſtẽperãdo ſemper cum maſſa prędicta reſoluta, donec omnia ſint optime commixta & cerata: & adde de aqua oui donec efficiatur ſicut ſalſa clara: Et hoc totũ in phiala repoſitum ſolue ſub fimo calido per 11. dies; poſtea extractum coagula inter cineres calidos: coagulatum vero proba ſuper cuprum ignitum: Nam ſi ceræ velocitate diffunditur, &

intrat sine fumo completum est negotium pretioso inuento thesauro. Proiice ergo super Ioue, & super Venerem, vt dictum est præparata, & in Lunam conuertentur veram: si non, adde adhuc de oleo, & iterum solue, & coagula vt ipse nosti.

*Quomodo errata sunt corrigenda.*

Sciendum est autem quod quanto pluries soluitur medicina & coagulatur, tanto melius & abundantius operatur. Vnde nõ est fastidiendum in iteratione solutionum: quoniam eo medicina melius digeritur, vnitur, & figitur, & perfectius operatur. Sciendum est etiam, quod non sufficit in proiectione quod medicina tantummodo det colorem,

rem, nisi & substantiam mutet in melius, & metalli dulcedinem in operatione & malleatione nō auferat, fusionemque non impediat, & in fusione metallum à consumptione custodiat. Si igitur aliquo casu vel defectu operantis, metallum quod conuerti debet post medicinam, fuerit nimis durum, & non bene dulce operationi & malleo, sic succurres, extingue ipsum decies in sanguine porcino: & postea tenuiter laminatum, cuba inter duos lectos boracis tritæ cum modico sanguinis dicti: & sic totum funde. Et per hanc viam si oportet iterandam deueniet ad dulcedinem & mollitiem quam volueris. Si autem non nota fuerit suffi-

cientis coloris, addatur plus de medicina, vel commisceatur metallum simile præparatum & purgatum: Si autem de colore nimis habuerit in Sole videlicet, quia Luna non potest esse nimis alba; ponatur minus de medicina, & plus de metallo conuertendo: Si exterius bonum colorem non habuerit, fumus capillorum colorem emendabit & proiectum etiã siue extinctum in sale communi & cooperosi insimul tritis colorem adipiscitur meliorem: Si autem medicina non bene intrauerit corpus metalli, quod est defectus cerationis: succurre cum oleo oui & capillorum, & cum sale armoniaco. Si autem bene intrauerit medicina, sed non bene remanserit,

ſerit, quod ex defectu fixionis eſt: ſuccurre per iteratione͂ ſolutionis & coagulationis. Si autem bene intrauerit, & bene remāſerit, ſed non bene tinxerit, quod ex defectu purgationis eſt, vel corporeitatis; ſublimationes & purgationes reitera, & corpus metallicum auge in medicina. Sic viſis prædictis vt potui breuius exequutis, & diligentius inſpectis, quicunque dignus fuerit,, ſecurus accedat: quoniam Deo teſte, & libris philoſophicis, & ſcientibus cunctis, libri philoſophici quos de arte Alchymiæ legimus nihil perfectius continent, quam prædicta proportionata; tamen breuitate truncata, quamuis intelligentibus ſit ſatis longa. Multa enim

alibi sunt experimento ad inuētitia, quæ quia citra perfectionem sunt, & à consideratione philosophorū aliena, inter certa & nominata auctoritate famosa non iudicauimus apponenda.

*Incipit de salibus.*

Exequutis igitur duabus principalibus partibus, de metallicis videlicet corporibus, & spiritibus virtutes minerales habētibus: Dicendum est de quibus aliis mineralibus cum prædictis in artis practicis cooperantibus: sicut sunt salia quædam, & atramenta, aluminaque, & boraces, & lapides quidam. Vtilitas autem salium est in purgationibus nec non coagulationibus,

nibus, atque calciationibus, quę quidem omnia sunt in artis perfectione necessaria. Inter salia autem principalia sunt & meliora; sal armoniacum, sal alkali, sal petræ, sal nitri, sal gemmæ, sal vitri, & sal commune. Sal ergo armoniacum melius æstimo omnibus salibus in subtilitate, & acuitate penetrandi & ingrediendi, diuidendique & dissoluẽdi spiritus & corpora coniungendique, & remolliendi, & cerandi. Est autem sal armoniacum quasi fumus aereus atque igneus, cũ modica terrestreitatis siccitate coagulatus: euaporat autem, & in fumum resoluitur, per calorem, quemadmodũ spiritus minerales: resoluiturq; ab humido, & coagulatur à sicco.

Sublimatur autem ſal armoniacum ſale communi ; & extrahitur ab eo humiditas ſuperflua cum terreſtri immunditia: & ſufficit ergo ſublimatio tertia: exinde enim poteſt poni in cerationibus & ſolutionibus loco primo: cum eo autem acuuntur omnes aquæ, & remolliuntur omnes calces: & Mercurius cum eo ſublimatur, facitque ipſum poſtea aquam currentem: tincturas augmentat & figit: corporum & ſpirituum fuſiones accelerat, & mediator maris & fœminæ in Elixir compoſitione iungens matrimonia.

*De ſale Alkali.*

Sal alkali in eadem laude famoſum prędicant libri, eiuſdem virtu-

virtutis & efficaciæ: addito etiam quod omnes ſpiritus fortius ligat & retinet, omniaque fuſibilia corpora acuitate & molli, aerea, & ignea virtute cito ſoluit, lapideſque & criſtallum, ferrumq́; & aliis his duriora: Ignis tamen violentia requiritur, à quo ſal alkali ſtatim reſoluitur penetratque corpus, & remollit, & cito liquabile facit. Miſcetur etiam ſicut & ſal armoniacum ſpiritibus præparatis ad Elixir, & intrat corpora cum & de albat ea atque remollit. Eſt autem ſal alkali quoddam quod de herba quæ dicitur ſoſa extrahitur: Herba enim comburitur, & cinis eius ſalſedinem habet: ſicut & omnes cineres corporum combuſtorum, & inde per

resolutioné in aqua acuta extrahitur, sicut & extrahi posset, Sal vitri, ex cinere filicis, ex qua fiunt vitra apud nos, quod Anatron, siue sal vitri vocatur: præparatio autem huius salis est, quod resoluatur in aqua vel vrina, & distilletur per filtrum: & postea super valde lentum igné leniter congeletur, hoc est sal vitri.

*De sale petræ.*

Sal autem petræ valde laudabile est in cerationibus quoniã penetrat, & remollit species, & cito fundi facit, quia & ipsum sal citissime funditur præ omnibus salibus, quæ adhuc vidi. Est autem quasi oleum quoddam per calorem acuatum, &

per

per ſiccitatem coagulatum, naſcens inter quoſdam lapides, quibus dicitur adhærere Talis autem naturæ eſt, quod ſi immediate ignitos carbones tangat, ſtatim accenſum cum impetu euolat. Si vero in terreo vel metallico vaſe ſuper ignem ponatur, modico calore quiete, & ſine ſaltu diffunditur. Eliquatum ceræ liquefactione vbiuis proiectum frigore ſtatim congelabitur album & lucidum. Præparatio autem ſalis petræ eſt, quod reſoluatur áqua, & diſtilletur per filtrum, & diſtillatum dimittetur quieſcere in vitreo vaſe. Quoniam vt ego probaui ex ſua acuitate terrea vaſa penetrat: Et cùm triduo

resederit, inuenies ipsum in ipsa aqua per virgulas albas & lucidas mirabiliter congelatum: hoc sal potes ponere pro sale armoniaco vel alkali, in spirituum solutionibus, & cerationibus: quoniam reuera bene penetrat, dissoluit, & cerat, & remollit, & citissime funditur, & non fugit. Probaui quidem ipsum; & probatum in multis laudo, quia bonum est.

*De sale nitri.*

Sal nitri laudabile est in calcinationibus, & solutionibus tamen prædictis, & est aptius permatui quam cætera, & forti mediocriter igne funditur: & ex igne clarius atque albius egreditur quam sal gemmæ, vel vitri,

vel

vel commune, & in aceto positum bullitionẽ mouet, ſpumãq; aeream, & ex acuitate & ſicca igneitate ſua poſitũ in ſolutionibus & coagulationibus, & calcinationibus operatur: tam igne quam aqua ſoluitur: & ſufficit ſibi pro præparatione ſua, quod ſoluatur in aqua, & diſtilletur per filtrũ, & poſtea coaguletur, operatur autem in operatione nitri albi ſiue criſtalli artificialis mixtum cum minutiſſimo ſabulo albo: & forti igne funditur, & peruiũ redditur. Sal vitri, quod Anatron philoſophi vocant in cerationibus & ſolutionibus eſt neceſſarium, remollit enim corpora & ſpiritus ex acuitate ſua ingrediens in ea, & funditur vt ſal nitri, ſed nõ æque clarum vel

album ex igne egreditur: extrahitur autem ex cinere filicis herbæ, ex qua fiunt vitra apud Anglicos: & tam in igne quam aqua soluitur, frigidoq; & sicco coaguletur, & apud nos Anglicos pro alkali sale ponitur, sed re uera non æque valet neq; æque cerat, neq; ęque dealbat; bonum tamen est in solutionibus & cerationibus, quoniam ex acuitate ingreditur, & ingressu corpora & spiritus emollit, & fundi citius facit: pro præparatione autem ei sufficit, quod & sal nitri.

*De salibus gemmæ & communi.*

Sal gemmæ in calcinationib. est necessarium, estq; vehementioris caliditatis & siccitatis q̃ sal

nitri, & tam igne quam aqua soluitur vt sal nitri, & simile est ei multum sal commune: funditur enim sal commune in aqua & igne forti vt sal gemmæ: crepitat tamen ex igne exiliens, donec amiserit aqueitatẽ, quæ igni cotrariatur, Sal enim cõe est ex aqua maris congelata per siccitatem, & postquam fuerit in igne per horam dimidiam calcinatũ, amittit strepitum, & in igne perseuerat, & funditur æque velociter vt argẽtum, & inter omnia salia prædicta vehementius calcinat & adurit bene, videlicet & in calcinationibus corporum, & in sublimationibus spirituũ, plus q̃ sal gẽmæ Sufficit autẽ ambob. pro preparatione solutio in aqua per filtrũ distillandis & tunc cõgelan-

gelandis, vt de aliis dictum est superius: hæc igitur de salibus operi nostro necessariis dicta sufficiant.

*De atramentis.*

Atramenta sunt terræ naturæ quædā sulphureæ vim mineralem habentia, & in calcinationibus corporum, & in sublimationibus spirituum sunt tincturas operātia: in vtrisq; enim tincturis operantur, sunt quidem duo atramenta omnia, videlicet nigrum & viride, quod vitriolum dicitur: habent autem sal in compositione sua admixtum quod in aquis acutis resoluitur, cum tinctura rubea: credo autem quod coperosa de atramentis huiusmodi sit, & virtutem

tem habeat mineralem, & tincturam quoq;, quemadmodum & prædicta, si autem in sublimationibus vel calcinationibus sint ponēda, ita vt inueniuntur, sua cum sulphureitate ponenda sunt, id est, cum sua oleaginea humiditate, nā ex ea vehementius comburunt & calcinant & adhærent. Si autem in tincturis rubeis vel citrinis ponenda fuerint, terantur primo, & in furno calcinentur, donec consumatur in eis oleaginitas sulphurea, quæ est causa combustionis & nigredinis, cuius signum est, quod apparebunt rubea valde consumpta oleagineitate & nigredine, tunc extrahatur ex eis tinctura cum aquis acutis, cum quibus oportet.

Sublimatur autem ſal armoniacum ſale communi ; & extrahitur ab eo humiditas ſuperflua cum terreſtri immunditia: & ſufficit ergo ſublimatio tertia: exinde enim poteſt poni in cerationibus & ſolutionibus loco primo: cum eo autem acuuntur omnes aquæ, & remolliuntur omnes calces : & Mercurius cum eo ſublimatur, facitque ipſum poſtea aquam currentem : tincturas augmentat & figit : corporum & ſpirituum fuſiones accelerat, & mediator maris & fœminæ in Elixir compoſitione iungens matrimonia.

*De ſale Alkali.*

Sal alkali in eadem laude famoſum prędicant libri, eiuſdem virtu-

virtutis & efficaciæ: addito etiam quod omnes ſpiritus fortius ligat & retinet, omniaque fuſibilia corpora acuitate & molli, aerea, & ignea virtute cito ſoluit, lapideſque & criſtallum, ferrumq; & aliis his duriora: Ignis tamen violentia requiritur, à quo ſal alkali ſtatim reſoluitur penetratque corpus, & remollit, & cito liquabile facit. Miſcetur etiam ſicut & ſal armoniacum ſpiritibus præparatis ad Elixir, & intrat corpora cum& dealbat ea atque remollit. Eſt autem ſal alkali quoddam quod de herba quæ dicitur ſoſa extrahitur: Herba enim comburitur, & cinis eius ſalſedinem habet: ſicut & omnes cineres corporum combuſtorum, & inde per

resolutionẽ in aqua acuta extrahitur, sicut & extrahi posset, Sal vitri, ex cinere filicis, ex qua fiunt vitra apud nos, quod Anatron, siue sal vitri vocatur: præparatio autem huius salis est, quod resoluatur in aqua vel vrina, & distilletur per filtrum: & postea super valde lentum ignẽ leniter congelotur, hoc est sal vitri.

*De sale petræ.*

Sal autem petræ valde laudabile est in cerationibus quoniã penetrat, & remollit species, & cito fundi facit, quia & ipsum sal citissime funditur præ omnibus salibus, quæ adhuc vidi. Est autem quasi oleum quoddam per calorem acuatum, &

per

per ſiccitatem coagulatum, naſcens inter quoſdam lapides, quibus dicitur adhærere Talis autem naturæ eſt, quod ſi immediate ignitos carbones tangat, ſtatim accenſum cum impetu euolat. Si vero in terreo vel metallico vaſe ſuper ignem ponatur, modico calore quiete, & ſine ſaltu diffunditur. Eliquatum ceræ liquefactione vbiuis proiectum frigore ſtatim congelabitur album & lucidum. Præparatio autem ſalis petræ eſt, quod reſoluatur áqua, & diſtilletur per filtrum, & diſtillatum dimittetur quieſcere in vitreo vaſe. Quoniam vt ego probaui ex ſua acuitate terrea vaſa penetrat: Et cum triduo

resederit, inuenies ipsum in ipsa aqua per virgulas albas & lucidas mirabiliter congelatum: hoc sal potes ponere pro sale armoniaco vel alkali, in spirituum solutionibus, & cerationibus: quoniam reuera bene penetrat, dissoluit, & cerat, & remollit, & citissime funditur, & non fugit. Probaui quidem ipsum; & probatum in multis laudo, quia bonum est.

*De sale nitri.*

Sal nitri laudabile est in calcinationibus, & solutionibus tamen prædictis, & est aptius permatui quam cætera, & forti mediocriter igne funditur: & ex igne clarius atque albius egreditur quam sal gemmæ, vel vitri, vel

vel commune, & in aceto positum bullitionē mouet, spumāq; aeream, & ex acuitate & sicca igneitate sua positū in solutionibus & coagulationibus, & calcinationibus operatur: tam igne quam aqua soluitur: & sufficit sibi pro præparatione sua, quod soluatur in aqua, & distilletur per filtrū, & postea coaguletur, operatur autem in operatione nitri albi siue cristalli artificialis mixtum cum minutissimo sabulo albo: & forti igne funditur, & peruiū redditur. Sal vitri, quod Anatron philosophi vocant in cerationibus & solutionibus est necessarium, remollit enim corpora & spiritus ex acuitate sua ingrediens in ea, & funditur vt sal nitri, sed nō æque clarum vel

album

album ex igne egreditur: extrahitur autem ex cinere filicis herbæ, ex qua fiunt vitra apud Anglicos: & tam in igne quam aqua soluitur, frigidoq; & sicco coaguletur, & apud nos Anglicos pro alkali sale ponitur, sed re uera non æque valet neq; æque cerat, neq; ęque dealbat; bonum tamen est in solutionibus & cerationibus, quoniam ex acuitate ingreditur, & ingressu corpora & spiritus emollit, & fundi citius facit: pro præparatione autem ei sufficit, quod & sal nitri.

*De salibus gemmæ & communi.*

Sal gemmæ in calcinationib. est necessarium, estq; vehementioris caliditatis & siccitatis q̃ sal nitri,

nitri, & tam igne quam aqua soluitur vt sal nitri, & simile est ei multum sal commune: funditur enim sal commune in aqua & igne forti vt sal gemmæ: crepitat tamen ex igne exiliens, donec amiserit aqueitatẽ, quæ igni cotrariatur, Sal enim cõe est ex aqua maris congelata per siccitatem, & postquam fuerit in igne per horam dimidiam calcinatũ, amittit strepitum, & in igne perseuerat, & funditur æque velociter vt argẽtum, & inter omnia salia prædicta vehementius calcinat & adurit bene, videlicet & in calcinationibus corporum, & in sublimationibus spirituũ, plus q̃ sal gẽmæ Sufficit autẽ ambob. pro pręparatione solutio in aqua per filtrũ distillandis & tunc cõ-

tem habeat mineralem, & tincturam quoq;, quemadmodum & prædicta, si autem in sublimationibus vel calcinationibus sint ponẽda, ita vt inueniuntur, sua cum sulphureitate ponenda sunt, id est, cum sua oleaginea humiditate, nã ex ea vehementius comburunt & calcinant & adhærent. Si autem in tincturis rubeis vel citrinis ponenda fuerint, terantur primo, & in furno calcinentur, donec consumatur in eis oleaginitas sulphurea, quæ est causa combustionis & nigredinis, cuius signum est, quod apparebunt rubea valde consumpta oleagineitate & nigredine, tunc extrahatur ex eis tinctura cum aquis acutis, cum quibus oportet.

De

*De Aluminibus.*

Alumina quemadmodum & atramenta sunt in arte necessaria in sublimationibus & calcinationibus, atque tincturis, virtutemq; habent mineralem, & colores rubeos augmentant, & confirmant: desiccāt etiam valde & diuersa corpora, spiritusq; præsoluta coagulant habent autem salsedinem quantum & atramēta, minoremq; terrestreitatē, vnde & de eis in aqua plus resoluitur, quam de atramentis, nec tamen sunt salia, sed salsata sunt autem duo alumina communia: puta plumosum & glaciale, quæ etiam sunt eiusdem virtutis & efficaciæ vel fere. Nam plumosum fortius esse dicitur in operibus Alchymiæ alumnum:

num: cum autem in igne ponuntur, ex quadam aerea humiditate, inflantur, quemadmodum etiam borax aurificum, & quasi funduntur. Postea autem cito desiccantur, in tātum quod ea cum magna ignis violentia non poterunt fundere: seruant autem albedinem suam in igne, cum per se calcinātur, sed quando cum aliis iunguntur coloribus mediis, ipsos intensiores faciunt, & ad eos conuertuntur: fiunt enim cum rubeis rubea, & cum citrinis citrina: pro eorum autem præparatione sufficit, vt soluantur, in aqua vel vrina, & per pannum colantur, & cum lento igne coagulantur.

*De boraciis nota bene.*

Boraces plures esse leguntur de quibus solam boracem aurificum, quæ gumma arboris est effectu bono probaui: est autem gummi quoddam quid mixtum invenitur mundum & viscosum & obscurum cum duro & lucido: nec differunt in effectu, nisi quia lapidosum est mundius: eius autem virtus est potissima in remollitionibus metallicorum corporum, & cerationibus spirituum, ac retentionibus. Metallum cum metallo consolidat, & celeres fusiones procurat, & ad malleationem & molliciem aptat: Eius vero præparatio est, vt in testa super ignẽ modicum ponatur, nam statim inflammabitur, & siccabitur. Cumq; re-

ſtringi incœperit, tollatur: nam tunc infrigidata faciliter puluerizabitur: tunc puluerizata amaſſetur cum modico porcinę axũgiæ, donec ſit ſicut cera, & ceratur & amaſſetur cum ea media pars ſalis petræ. Et hoc totum ſicut cera amaſſatum, erit tibi ceronium precioſum corpora & ſpiritus cerans. Si autem boracis vnam partem ſalis petræ aliam, ceruſſæ tertiã ana de tribus addideris & commiſcueris ea fortiter cum quouis oleo, vel ſpecialiter capillorum vel ouorum, donec ſint ſicut maſſa ceræ, & maſſam iſtam bene ſiccaueris: pro certo ſcias, quod iſtud ceronium & ferrum et criſtallum et quorumcumq; volueris lapidum calces in ignis vnius violentia

lentia remollit & resoluit resolutione liquida, omnia ingrediens & penetrans, & virtute ignea & acuitate dissoluens: custodi ergo ipsum infra claustra oris tui.

*De lapidibus nota bene quæ sequuntur.*

Lapides sunt quidam virtutem habentes mineralem in Alkymia recepti cõmuniter: marchasita, magnesia, tutia, & calamina, atq; similia: qui in compositione Elixir spirituum ab aliquibus communiter recipiuntur loco calcis metallorum: de his autem nunquam aliquid probaui verum, nisi de calamina & tutia, quæ cum aliquibus remollientibus cerata cupri rubedinem, in quãdam mu-

tant

tant citrinitatem, cætera vero metallum non immutant, sed istud tantum, quia durum & porosum, quia autem citra perfectionem sunt, & de se quasi nihil faciunt, & ab cupro etiam euolant indigna capitulo reprobaui, de his etiam nullus liber philosophicus mētionem facit, sed experimēto vano adinuentitio famam aliquam sumpserunt, marcasita autem alicuius nominis est, sed ego probaui, quod non satis digna est in completis corporibus, propter quod de ea, vt de aliis prætermitto ea breuiter prosequutus vt promiseram, quæ ad artis perfectionem ducunt libris philosophicis, & rationib. naturalib. & ex-

album ex igne egreditur: extrahitur autem ex cinere filicis herbæ, ex qua fiunt vitra apud Anglicos: & tam in igne quam aqua soluitur, frigidoq; & sicco coaguletur, & apud nos Anglicos pro alkali sale ponitur, sed re uera non æque valet neq; æque cerat, neq; ęque dealbat; bonum tamen est in solutionibus & cerationibus, quoniam ex acuitate ingreditur, & ingressu corpora & spiritus emollit, & fundi citius facit: pro præparatione autem ei sufficit, quod & sal nitri.

*De salibus gemmæ & communi.*

Sal gemmæ in calcinationib. est necessarium, estq; vehementioris caliditatis & siccitatis q̃ sal nitri,

nitri, & tam igne quam aqua soluitur vt sal nitri, & simile est ei multum sal commune: funditur enim sal commune in aqua & igne forti vt sal gemmæ: crepitat tamen ex igne exiliens, donec amiserit aqueitatē, quæ igni cotrariatur, Sal enim cōe est ex aqua maris congelata per siccitatem, & postquam fuerit in igne per horam dimidiam calcinatū, amittit strepitum, & in igne perseuerat, & funditur æque velociter vt argētum, & inter omnia salia prædicta vehementius calcinat & adurit bene, videlicet & in calcinationibus corporum, & in sublimationibus spirituū, plus q̃ sal gēmæ Sufficit autē ambob. pro pręparatione solutio in aqua per filtrū distillandis & tunc cōgelan-

tem habeat mineralem, & tincturam quoq;, quemadmodum & prædicta, si autem in sublimationibus vel calcinationibus sint ponẽda, ita vt inueniuntur, sua cum sulphureitate ponenda sunt, id est, cum sua oleaginea humiditate, nã ex ea vehementius comburunt & calcinant & adhærent. Si autem in tincturis rubeis vel citrinis ponenda fuerint, terantur primo, & in furno calcinentur, donec consumatur in eis oleaginitas sulphurea, quæ est causa combustionis & nigredinis, cuius signum est, quod apparebunt rubea valde consumpta oleagineitate & nigredine, tunc extrahatur ex eis tinctura cum aquis acutis, cum quibus oportet.

De

*De Aluminibus.*

Alumina quemadmodum & atramenta sunt in arte necessaria in sublimationibus & calcinationibus, atque tincturis, virtutemq; habent mineralem, & colores rubeos augmentant, & confirmant: desiccãt etiam valde & diuersa corpora, spiritusq; præsoluta coagulant habent autem salsedinem quantum & atramẽta, minoremq; terrestreitatẽ, vnde & de eis in aqua plus resoluitur, quam de atramentis, nec tamen sunt salia, sed salsata sunt autem duo alumina communia: puta plumosum & glaciale, quæ etiam sunt eiusdem virtutis & efficaciæ vel fere. Nam plumosum fortius esse dicitur in operibus Alchymiæ alumnum:

num: cum autem in igne ponuntur, ex quadam aerea humiditate, inflantur, quemadmodum etiam borax aurificum, & quasi funduntur. Postea autem cito desiccantur, in tãtum quod ea cum magna ignis violentia non poterunt fundere: seruant autem albedinem suam in igne, cum per se calcinãtur, sed quando cum aliis iunguntur coloribus mediis, ipsos intensiores faciunt, & ad eos conuertuntur: fiunt enim cum rubeis rubea, & cum citrinis citrina: pro eorum autem præparatione sufficit, vt soluantur, in aqua vel vrina, & per pannum colantur, & cum lento igne coagulantur.

*De boraciis nota bene.*

Boraces plures esse leguntur de quibus solam boracem aurificum, quæ gumma arboris est effectu bono probaui: est autem gummi quoddam quidmixtum invenitur mundum & viscosum & obscurum cum duro & lucido: nec differunt in effectu, nisi quia lapidosum est mundius: eius autem virtus est potissima in remollitionibus metallicorum corporum, & cerationibus spirituum, ac retentionibus. Metallum cum metallo consolidat, & celeres fusiones procurat, & ad malleationem & molliciem aptat: Eius vero præparatio est, vt in testa super ignē modicum ponatur, nam statim inflammabitur, & siccabitur. Cumq; restringi

ſtringi incœperit, tollatur: nam tunc infrigidata faciliter pulueriżabitur: tunc pulueriżata amaſſetur cum modico porcinę axũgiæ, donec ſit ſicut cera, & ceratur & amaſſetur cum ea media pars ſalis petræ. Et hoc totum ſicut cera amaſſatum, erit tibi ceronium precioſum corpora & ſpiritus cerans. Si autem boracis vnam partem ſalis petræ aliam, ceruſſæ tertiã ana de tribus addideris & commiſcueris ea fortiter cum quouis oleo, vel ſpecialiter capillorum vel ouorum, donec ſint ſicut maſſa ceræ, & maſſam iſtam bene ſiccaueris: pro certo ſcias, quod iſtud ceronium & ferrum et criſtallum et quorumcumq; volueris lapidum calces in ignis vnius violentia

tant citrinitatem, cætera vero metallum non immutant, sed istud tantum, quia durum & porosum, quia autem citra perfectionem sunt, & de se quasi nihil faciunt, & ab cupro etiam euolant indigna capitulo reprobaui, de his etiam nullus liber philosophicus mētionem facit, sed experimēto vano adinuentitio famam aliquam sumpserunt, marcasita autem alicuius nominis est, sed ego probaui, quod non satis digna est in completis corporibus, propter quod de ea, vt de aliis prætermitto ea breuiter prosequutus vt promiseram, quæ ad artis perfectionem ducunt libris philosophicis, & rationib. naturalib. & ex-

& experimentis sensibilibus approbata, hæc ergo tibi charissime nimis custodienda præcipio, sub phylosophici secreti sigillo dignis tantum ostendenda fidelibus, qui phylosophiæ secretarii arcana sciunt thesaurorum eius, fide, moribus, & studiis liberalibus ad plenum eruditi.

*Explicit breue breuiarium fratris Rogerii Bacon.*

# INCIPIT VERBVM ABBREVIATVM FRATRIS Raymungi de Leone viridi.

VErbum abbreuiatum verissimum & approbatum de occultis enucleatum breui sermone abbreuiaui vobis in opere lunæ & solis: Inprimis oppido flagi-

flagitans lectoribus, ne talem tãtamq; margaritam canibus vel porcis tradant conculcandam: hic est enim secretum secretorũ omnium philosophorũ, hortus deliciarum & aromatũ omnium thesaurorũ: quem qui semel intrauerit, vlterius nõ egebit. Istud vero verbum multis nõ immerito desideratum ab egregio doctore nostro Rogero Bacon est primo declaratum: deinde ego frater Raymundus Gaufridus ordinis fratrũ minorum minister generalis, ipsum verbũ breuius quam potui breuiter explanare filiis philosophiæ curaui. In Christi ergo nomine recipe acetum fortissimum in maxima quantitate per alembicum diligenter distillatum, in quo vt de-

cet in magna quantitate Leonem viridem dissolue, dissolutumvero distilla per filtrum, & serua in cucurbitis vitreatis bene obturatis. Item si aliqua pars notabilis de Leone remanserit insoluta, dissolue cum prædicto aceto, & distilla per filtrum, & solutum coniunge cum aliis aquis superius in cucurbitis reseruatis: tunc recipe aquas reseruatas, & pone omnes ad distillandum in balneo Mariæ, applicatis sibi alembicis bene lutatis ne cucurbitę respirent, suppone ignem, & recipe omnes aquas quæ distillabũtur, caueas tamen ne Leo dissolutus omnino congeletur in cucurbitis, sed quod remaneat liquidus vel mollis: hinc omnes cucurbitas recipe, & totum quod in eis est, in vna

cucurbita repone, quam luta bene cum ſuo alembico, & pone in furno inter cineres tumiſatos ſuper patellam, aut treuellenam terream, ſicut decet. Et ſuppone lentum ignem, propter temperationem vitri, & propter humiditatem extraneam, quæ eſt in ipſo Leone extirpandam. Et nota quod iſtud ſemper debet fieri cum lento igne: cum vero humiditas extranea exierit, fortifica ignem paulatim, & reſpicias ſemper naſum alẽbici, ſi humor rubeus exire inceperit. Quod ſi adhuc non exit, ignem prædictum continua donec exeat, cũ vero videris humorẽ rubeũ diſtillare, cõtinuo muta ampullã, q̃ luta bene cũ roſtro alẽbici, & poſt fortifica ignẽ: & recipies ab

ipso Leone suum sanguinem mirabiliter rubeum, continentem in se 4. elementa multum odorifera, & bene fragrantia, serua ergo ipsum in bona ampulla firmiter obturata: deinde recipe ipsum sanguinē, & pone in ampulla bene clausa, ad putrefaciēdum, seu digerendum, sub fimo bene calido, mutādo fimum de 5. in 5. diebus, vt ibi digeratur per 15. vel 16. dies, & hoc fit, vt dissoluantur partes elemētares, & sint aptiores ad diuidendum & partiendum per 4. elementa, videlicet per distillationē. Ipso autē putrefacto per 15. vel 26. dies, extrahatur & in cucurbita aptetur, & distilletur cum lento igne in balneo Mariæ. Sufficit vero ꝙ aqua cum igne ferueat, & respicias

ciasaquam, & feces quas in fundo cucurbitę inuenies, & diligẽter reserues: aquam vero istam & quam superius distillasti septies distilla: semper feces quas faciet vt supra reseruando cum aliis fecibus superius reseruatis, & sic habebis aquam splendidã, clarã, & albam, vt cristallus, & bene ponderosam, quę dicitur esse Mercurius philosophorum ab omnibus philosophis absconditum, & ab omnibus suis superfluitatibus abstersum, & depuratum, carissimum, & pretiosissimum pretiosum: custodias ergo eum caute, & sapiẽter in ampulla firmiter obturata: tunc recipe omnes feces ipsius Mercurii sicut dixi superius reseruatas, & tere bene in marmore distẽ-

perando ad solẽ & desiccãdo, & iterum molendo, & semper cũ aqua aceti distillati supra marmor imbibendo, & ad solem, desiccando, & sæpe & sæpius seu totiens cõtritiones, imbibitiones, & desiccationes iterãdo, donec nigredo, & omnis superfluitas ab eis fecibus expulsa fuerit, quod sic cognosces, si feces per imbibitiones & ablutiones prædictas rubeæ vel rufæ vel citrinæ fuerint tũc bene factũ est: Si vero adhuc nigræ fuerint, contritiones, imbibitiones, & desiccationes reitera, totiens, donec habeas signum prædictum: & tunc ipsas reserua: deinde recipe cucurbitam vitreã in qua repone prędictas feces superius præparatas, cum quãtitate bona aceti distillati, & colloca ipsam in furno, vi

delicet in balneo Mariæ, & suppone ignē, quē cōtinues iugiter donec feces prædictæ per virtutem aceti & ignis omnino dissol uantur, & cum bene fuerint dissolutæ, deponatur cucurbita ab igne, & fac eas distillare per filtrum sicut decet: cum autem aqua illa fuerit tota ita distillata, repone eam in cucurbita noua, & bene obtura: Si vero aliqua pars notabilis remanserit in distillatione filtri ad dissoluendū, recipe illam partem, & pone iterum super ignē, sicut fecisti prius primas feces in balneo Mariȩ donec dissoluatur, vt istas feces q̄ remanserūt cū aceto dissoluas sicut primo feces in balneo Mariæ cū aceto in cucurbita dissol-

uisti: postea per filtrum vt prius distilla, & repone cum alia aqua superius distillata quã reseruasti, tunc recipe illam cucurbitã nouam in qua prædictas feces dissolutas & distillatas superius posuisti, & luta eam bene cum suo alembico & colloca eam super furnum in balneo Mariæ, & suppone ignem, & fac distillari sicut decet: caueas tamen quod feces non omnino desiccentur, sed sint humidę siue liquidæ: hinc depone cucurbitam à furno, & pone eam in alio furno, puta super cassolam terream inter cineres cribellatos, & bene cõpressos, & suppone lẽtum ignem ob temperationem vitri, & ratione extrahendi extraneam humiditatem, quæ sibi est de aceto, & sæpe

ſæpe & ſæpius reſpice roſtrũ alẽbici, ſi humor aureus vel rufus diſtillatur, quod ſi non diſtillatur, continua ignem illũ, donec diſtilletur humor rufus vel aureus: quando autem ita diſtillat, mox muta ampullã bene mundam & luta eam optime cum roſtro alembici, & tunc fortifica ignem, & recipias oleum rufum, & ſic continua ignem, donec totus humor diſtilletur & feces reſerua, quoniã hoc eſt ignis, prædictum vero oleum philoſophi nominauerunt ſulphur eorum occultum, quod ſic rectificabis, repone ipſum in cucurbita, & ſuperpone alembicum bene lutatum, poſt colloca eum inter cineres tumiſatos ſupra furnum, & ſubiice lentum ignẽ do-

nec distillet, recipe autē liquorē quem distillabit in ampulla bene obturata cum rostro alembici, & feces quæ remanebunt serua, quoniam est ignis: & istum ignem coniunge cum alio igne reseruato, & sic purifica ipsum septies distillando, & feces quas faciet reseruando, sicut superius dixi, & sic habebis tuum aerem siue sulphur bene depuratum, lucidum, serenum, & perfecte depuratum, & erit coloris aurei: Scias tamen quod aliquotiens venit album sicut lac, & non est vis: postea recipe ignem prædictum quem abstraxisti à sulphure, & rectifica eū sic. Tere ipsum optime super marmor, & imbibe ipsum cum aqua sua: & hoc

fac pluries, & permitte ipſum vice qualibet deſiccari ad ſolem vel ad lentum ignẽ paulatim & ſucceſſiue, vſq; ad ignem calcinationis, tunc ipſum calcinabis cum moderato igne, vſq; quo ſit citrini vel rufi, ſiue coloris rubei. Si autẽ fuerit valde rubeus: erit melius, tunc erit bene rectificatus, ſi citrinitatem vel rubedinem habuerit, tũc ipſum ſerua & gaude cum eo.

*Quod operatio mineralium eſt ſecundum modum ſenſibilium.*

Et quia philoſophi figuratiue & occulte ſub ænigmate hãc ſciẽ-

tiã tradiderũt in eorũ doctrinis
Idcirco multum errorẽ in hoc
lapide pretiosissimo posuerunt,
& fere omnes viam veritatis per
alienam practicam obstruserũt,
sed hoc vt dicit Rasis idcirco fecerunt,
vt ad instar illorum in istis
operaremur, vnde & dixerũt
terram nigrã & spongiosam primam
accipere, & eã per aliquas
vias albificare, & à sua nigredine
depurare, quod quidem est impossibile,
& etiam liquefactiuam
facere, & reddere albiorem niue
& myrra lucidiorem, & ipsam
esse incomparabilem omni thesauro
in profundo hominis defosso,
quod non est concedendum,
quoniam terra talis vix,
aut nunquam, vt asserunt, potest
albificari, & si albificetur
non

non generatur: Idcirco cum nõ amplius ostendere intendimus in verbo nostro abbreuiato, cũ omnia penitus sint manifesta, in hoc quod reducimus lapidem iam dictum ad primam substantiam, & bene diuisam sui Mercurii & sulphuris, vt supra dictum est. Satis enim patet, quoniam ex his operatur natura & quæ iam operata in visceribus terræ omnia vero à summo globo elementa sunt. Sed credunt penitus omnes in practica errãtes, & incertitudine lapidis occulti pretiosissimi fere ipsum lapidem extrahere. Sed non sunt nisi prædicta ad prędictum opus competentia satis sufficientia: Ipsa vero non sunt digna: quare non curamus. Et in his se proui-

deat

*Explicit verbum abbreuiatum maioris operis fratris Reymundi Gaufredi ministri ordinis fratrum minorum. Quod quidem verbum habuit à fratre Rogero Bacone Anglico, qui fuit de ordine fratrum minorum. Et ipse Rogerus propter istud opus, ex praecepto dicti Reymundi à fratribus eiusdem ordinis erat captus & imprisonatus. Sed Reymundus exsoluit Rogerum à carcere, quia docuit eum istud opus. Et ipse Rogegerus erat discipulus fratris Alberti.*

# INCIPIT SECRETVM SECRETORVM NATVRÆ de laude lapidis Philosophorum.

SEcretum secretorum naturæ audiant secreti quæ loquor & dilecti

dilecti verba oris mei. Spiritus vbi vult spirat, & ideo in puteum pœnitentiæ incendatur, qui nequã vel fatuo hoc magnum reuelauerit secretum, quia hoc est vltimum secretum, quod antiqui quæsiuerunt, nec inuenire potuerunt, scrutati sunt, & defecerunt scrutantes scrutinio: Nam istud secretum est cœleste donum, nobis indignis in vegetabilibus destinatum, quod nec medici cognouerunt, nec philosophi perceperunt: sed nos moderni diuina gratia habemus per experientiã, & cognouimus tãtæ rei efficaciam, quod nec viuens valet excogitare, nec digna vox doni copiam virtutũ explanare, & ideo in puteũ pœnitentiæ cadat, qui nequam aut fa-

fatuo hoc reuelat. In Dei ergo nomine recipe istud donũ cœleste, & extrahe ab eo elementa vt scis,& custodi bene quodlibet elementum ab aere: Nã aqua ista valet omnibus ægritudinib. tam calidis, quam frigidis generaliter,eo ꝗ est occultę naturę maxime patientib. viciũ in spiritualibus: Venenũ declinat à corde,arterias humectat, & dilatat, contenta in pulmone sine violẽtia dissoluit, & ipsum vlceratum non obstante commotione consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualib. purgat,& ea munda conseruat ab omni corruptione,potata a languente fit bona spes. Oleum valet inuenibus, vt in eodem statu, & fortitudine per-

permaneant, si vtantur eo, & paulatim in modica quantitate in cibariis suis: Et hæc est ratio quare hoc oleum tantæ virtutis est, quia nullo modo permittit sanguinem putrefieri, neque phlegma super dominari, neque melancholiam super exaltari, nec choleram aduri: Præterea multiplicat sanguinē vltra modum, & sperma: Et ideo oportet quod vtētes hoc oleo sæpe phlebotomentur. Insuper hoc oleū aperit neruos: & si ad membrum diminutum fuerit appositum, ad debitam metam reducit ipsum: Item quod probatum est, si iuuenis in ætatis suę augmentum habuerit oculum crepatū; si intus ponatur de hoc oleo qualibet die vna gutta, & se

teneat in quiete per mensem redditur ei visus sine dubio. Item si in aliquo membro superfluum inuenitur aut putrefactũ; statim dissoluit & deponit totum: & si inuenit diminutum, addit & perficit ipsum: De igne vero est mirabile, quia valet ad omnia supradicta sicut oleum, & quod plus est, de sene facit iuuenem, & de mortuo viuum: Hoc intellige, quia si in hora mortis singulis detur de hoc igne: sicut granum tritici distẽperatum cum vino, ita quod guttur transeat, viuificat ipsum, & ingreditur ad cor, & calefacit: & subito malos expellit humores, & adnihilat; & deponit venenum & viuificat calorem naturalem vsq; ad hepar: & si se-

nex vtatur hoc in modica quantitate, & adhibuerit aquam auri, tollit omnes ægritudines senectutis, ita quod corda & corpora iuuenilia possidebunt: & ideo vocatur hic ignis Elixir vitæ. De terra vero est aliud mirabile, quia si aqua rarificetur ter per terram, & qualibet vice calcinetur, & terra vltimo dissoluatur in aqua sua, & distilletur per filtrum, & post congeletur accipiendo aquam per alembicum, habebis sal de terra, qui si fiat fusibilis, vt scis, retinebit Mercurium: & aqua, si sit rarificata, figit omnes spiritus. Item si ignis dissoluatur in aqua vitæ, donec rubicunda sit, & intus ponatur Mercurius fixus, super lentum ignem, dissolui-

tur.

tur. Et cum dissolutus fuerit, additur ei tertia pars salis Solis, statim fit vnum corpus, & coagulatum cum aliquantulum de alumine, fit inde lapis rubeus: quod si cum humiditate Mercurii vel arsenici adiungatur, viuificetur, & fit Elixir super Mercurium viuum, vna est pars supra mille. Et notandum, quod hoc donum Dei, est quædam herba communis, & despecta; quæ vocatur S. Et hæc herba dat amorem deferentibus, securitatem & audaciam, & in palatio victoriam.

*Explicit Secretum secretorum.*

# TRACTATVS TRIVM VERBORVM R. BACON.

Magiſtri Rogeri Bacon prima epiſtola ad Iohannem Pariſienſem Salutem, & ſe totum quamuis minimum.

CVM ego Rogerus Bacon rogatus à pluribus ſapientibus, de ſeparatione ignis ab oleo: Hinc eſt quod tibi mando vnum verbum de opere Alchymico, videlicet vnum in quatuor, & quatuor in vnum; & hoc eſt primum. Secundum de mixtione: Tertium de proportione. In iſtis tribus verbis conſiſtit ars. Maledictus ſit qui iſtas tres ſchedulas ſimul & ſemel habuerit, niſi fuerit theologus, vel homo

homo sanæ mentis. Et ad præsens de prima quæstione, vobis mitto de separatione elementorum, & illud habebitis in Claue philosophiæ, scilicet in libro Auicennæ de anima mundi: Ipse est finis omnium: nullus dicit nisi ipse nisi in quantum concordant cum ipso: Ipse dat omnia & hæc in Claue, si quis intelligeret: Vnde quicquid dicunt alii, non credas, nisi cum ipso concordant. Sequuntur multos libros, cum tamen omnia consistunt in tribus verbis, & non tantum in litera, quãtum ille philosophus dicit. Attende, lege, & perlege Clauẽ sapientiæ; Comede vt bibas, & bibe vt comedas: Hæc sunt verba Auicennæ. Redigamus cor-

pora ad suam originem, scilicet ad sulphur & Mercurium, & habemus magisterium cum duob. verbis supradictis. Nunc ad propositum: Omne quidem compositum est ex 4. in inferioribus: Ponamus plumbum vel quodcunque voluerimus in cucurbitam; vt scilicet quanto corpus ponderosius, tanto distillatoriũ infimius. Intellige: Pone in illo instrumento, & vitrum bene claudatur cum luto magisterii: Nunc ibi sunt quatuor: Primo distillas aquam clarum, deinde aerem & ignem insimul, &c. Sunt aliqui qui dicunt, quod nos possumus in prima distillatione habere tria distincta, scilicet aquam, aerem, & ignem: verũ est, quia non est dare, quod

ali-

aliquid exiuit: ergo intus clauditur, si est, vbi est? Dico quod tria manent in vno, secundum ꝓportionalitatem, non secundũ esse rei, ꝗ sint pure elementa sed sunt elementa ad opus nostrũ, ꝗa simplex nõ descendit sub sphera Solis, & aurum est sub sphera Solis: ergo non fit de absolute simplicibus & ꝗuis separata non sunt absolute simplicia ad id in simplex faciendũ, est in simplex sufficiens, &c. Cõtra illos qui dicunt quod tria in vna distillant: oportet eos concedere istud, quod quando aqua distilletur, quod accipiatur per se, & aer per se, oportet tunc quod cucurbita aperiat: tunc exirent aer & ignis: quia ascẽdunt de leui: & sic non haberemus ꝗ optamus, sed istud

verbum intellige, quod nunquam aperies cucurbitam, donec sit frigida, & perseuerauerit, bene per 3. horas, aliter amittes. Nunc ad propositum. In prima distillatione, terra infũdo & tria in cucurbita sũt: Cucurbita frigida, terram accipies, & ad pondus operaberis. Iterum tria residua pone in cucurbitam; & sicut terra remansit in fundo, ita in secundo ignis remanebit. Non credas mihi, nisi experiaris. Operare cum illo ad rubeum testante Auicenna. Contradicunt sophistæ, quod de ratione ignis est ascendere, super stellas, ergo non remanent in fundo: Respondeo. Siccitas est lima caloris: De ratione sicci & calidi est indurescere, & quia humiditas

ditas in aere & aqua non ſinit limam agere. Lima, id eſt ſiccitas agit in caliditate ignis, & limat ignem in ſubſtantiam duram & compactam, ſicut terra ratione ſiccitatis. Operare cum illo ad rubeum. De hoc quod dixi, quod non eſt ſimplex ſub ſphera Solis: Sic intellige, quod ſphera Solis circuit terram ſub & ſupra: Vnde non eſt dubium niſi de terra & aqua: Dico quod non eſt dare ſimplex in iſtis duobus, niſi in centro centri, id eſt, in medio centri: Hoc intellige. Modo ad propoſitum. Tertia diſtillatione ſi auferimus ignẽ, remanent duo; aqua & aer. Diſtilla: Et quando in vitro recipiente videris diſtillare citrinum quid; tollas ab igne, & infrigida,

& accipe aquam in phiala, quæ est aqua ad opus nostrum. Operare cum eo in frigiditate, in alio remanet aer: Non credas mihi, proba sic. Pone lichnum in illo quod remansit & ardet, quia aer est cibus ignis, & pone in recipiente, & non accenditur: Ex hoc patet, quod est aqua, quæ est contraria igni, quia bombax ardet per se: & cum in contrario intingitur, non ardet: Intellige. In quarto sequitur lauamētum, id est, si quid in aqua fuerit de aere quod recedat: & hoc vult Auicenna in principio sui libri, cum dicit prima distillatio, & secunda distillatio, & tertia distillatio, & quarto lauamentum. Vnde in quarta vice, tantum habes quantum imposuisti,

ſuiſti, vel parum minus, & hoc ſecundum exceſſum aeris in eo, &c. Si quæras, quare ſæpius diſtillamus. Reſpondeo, vt clarius, & ſimplicius habeamus, dices forte. Ergo totiens poſſumus diſtillare, quod elementum ſimplex habeamus: Non: Citius deueniret ad nihil: Et olla frangeretur, ad nihil, ideſt, ad inſenſibile. Vnde ſequitur omne, quod eſt vltra, à malo eſt. Comede vt bibas, & bibe, vt comedas, &c.

Iſtud verbum philoſophi intellige. Mittam tibi duas dictiones ſequentes per alios duos homines, quia quamuis iſtam habeat aliquis falſus, duas alias non habebit: & ſi duas

habeat, tertiam non habebit, tamen principium, medium, & finis, in ista continentur: Sed non intelliges, antequam duas alias habueris. Lege Portam Auicennæ, & omnia dicta & dicenda de illa arte ibi inuenies. Non quæras plures nisi Portam, quia omnia vera includuntur in ea. Vale, & valeant, qui te valere desiderant.

*Explicit magnum Mendacium.*

# INCIPIT EPISTOLA SECVNDA DE MODO miscendi. Salutem, &c.

CVM promisi tibi mittere duas schedulas subsequentes:

tes, vnam vt dixi mitto, & hoc de mixtione, id est, modo miscēdi. Sed omne quod dico, est fa sum, ergo nihil dico verum: quare precor, vt fidem non adhibeas. Sed quando dico verum, intellige falsum, & si opposita oppositis, si vertatur verum est quod falsum est, ergo falsum est quod verum est, dico ista, quod cauendis caueas, & credendis credas, proprie scribenda non scribo, nec mittenda mitto, quia laterem lauare ignoro, quare latet veritas hac de caussa, de reuelatione dubito, cum tantum secretum tetigero, sed quia teneor ea quæ dixi ad præsens volo subiicere de separatione elementorum non dubites, quamuis omnino erāt falsa quæ prius dico-

dicebãtur, tamen illud mendacium est in primo mendacio: & tertium quod est maximũ mendacium est in primo similiter. Sed quomodo agnoscas, in tertio habebis, scilicet proportionem vniuscuiusq; elementi ad compositum, vel compositi ad compositum, & ignis. Et quantum tẽpus consumit, & per maximũ mendaciũ habebis. Scias quæ dixi in recessu meo. Verum est quod falsum est. Modus permiscendi, quando vnũ elementum miscetur cum alio, est vt redigantur in aqueam substãtiam, & permisceantur bona permixtione, deinde coagulentur, hoc vult Auicenna in libro de anima mundi, qui dicit, non sicces anteq̃ imbibes, & reprehendit

eos

eos, qui congelant & miſcent cũ puluere, anteq̃ permiſceãt cum aqua. Dicis forte, dicit bibere, & qui bene bibit ſitit, ergo videtur ꝙ vult miſcere cum puluere vt bibat aquam. Similiter & alia eſt ratio tua forte nonne dixi ꝙ miſcerem aerem cũ aqua, cum aer ſemper petit partẽ ſuperiorẽ dũmodo ſit in aquea ſubſtantia. Reſpondeo, pone ad vltimũ in diſtillatione, quare aer nõ venit citius in recipientẽ q̃ aqua. Videtur per rationẽ, ꝙ ſemper petit partẽ ſuperiorẽ, non ſic, quia ignis expellit ſuum cõtrariũ citius, & dixi iſtud in prima ſchedula & ſimile gaudet ſuo ſimili, ſed aer eſt ſimile igni in caliditate: & ideo vicinatur ei. Aliter, aer eſt cibus ignis & qui eſurit, gaudet cibo: & ſic ignis, qui

est semper esuries illud,&c. Adhuc dices,tu dicis contraria, dicit quod simile attrahit sibi simile, & hic & in priori: ergo in prima distillatione haberemus ignem, quia ignis est similis igni magis quam aliquod aliud, & aerem in secunda distillatione, quia per te, ignis attrahit cibum suum citius quã aliud, & in tertia aquam, & in quarta terram: cum contraria prius dixisti certe dico, quod male intelligis si talia dicas vt dixi in prima. Ignis subtus & infra agit subtiliando vnde terra quæ est quid ponderosum in accretione prima descendit, & occupat locum inferiorem, & ignis est leue, & ponderosum & leue contrariantur, quia non possunt bene coniungi,

gi, vbi ignis agit depurando, & adhuc dices, per te ignis expellit suum contrarium cum aer non contrariatur igni, nisi in humiditate, & terra in frigiditate, & per te aer est cibus ignis, quare magis attrahit primo terram quam aerem, tamen contrarium videtur ratione prædicta, dico quod humidum destruit siccum & è conuerso, non sic calidum frigidum, quia calidum calefacit plumbum, neque destruitur vnum neque reliquũ. Istud stude soluere, cum bene dixi quod non intelligeres primum nisi per secundum, quia ignis & aqua nolunt simul stare, sed terra & aer bene, causa contrarietatis, & si intelligeres

istas

&color remaneat in probatione non sic in puluere, dicunt quidã quod idem eueniret, nõ credas illis trutannis, leuius est separare vinum à terra, si commisceãtur, quam aquã à vino in multo, bibe de isto dicto, & sanaberis, quando aqua cum aqua, aqua recipit aquam, hoc facto & pro Elixiri habito, quamuis scribitur, proiice super mille: non accipias illud mille, & proiicias super istud mille. Sed facies sic Elixir nunc dimittis, & redigatur parum de corpore in aquam, & cõmisceatur nunc dimittis cum Fundamenta, & Fundamenta cum verba mea auribus, & verba mea aurib. cum diligam, & diligã te cũ attendite, vt primo in 10. secũdo
in 20.

in 20. tertio in 40. vel melius est per 10. & 10. & causa duplex est, scilicet bonitatis & necessitatis, necessitatis, quia aliter magnus non obediret ei: quia si nunc dimittis ageret sine auxilio contra attendite, propter sui paruitatem suppeditaretur, & dico vltra quod bene conuertit mille vt dixi, nõ conuertit bene 20. si simul & semel proiiciatur, nullus percipit hoc credo, nisi ego solus. Sed multi sunt qui faciunt bonum Elixir, & quãdo dicitur super mille, proiiciunt super 20. & non valet vt dixi, & decipientur, & causa alia, quare in aquea substantia, est propter bonitatem, quia Fundamenta est tingenda, & quanto plus Fundamenta tingitur, tanto melius erit.

erit: adhuc ſi idem eſſet in puluere vt ſophiſtæ dicunt, nō tantum tingeret, quia crocus vel vinum plus in cētesima parte tingeret in liquida ſubſtātia quam in terrea, & dixit vn⁹ mihi quod illa quæ eſt in puluere, licet minus ſit in quantitate, in corpore multiplicabitur, non eſt ita, exemplum ſenſibile, crocus ponitur in leguminibus, ſi ſimul proiiceretur, parum tingeret, ſed ſi iungatur cum paruo paruus, cū maiori maior: cum maximo maximum, bene ſe haberet, & multo plus tingeret, & cauſa alia bonitatis eſt: Si nimis eſſet poſitum de corpore leuius eſſet curare, 10. quam 100. quia vidiſti in antecedenti decimo, quod magis poſſet ſuſcipere de corpore

pore & tunc magis leue est curare, & dico tibi vtile, nunquã ponas totam medicinam in corpore, quia ægritudo posset euenire & dicam tibi qualiter cures. Videas quot denarios fecistis in bono, vt duos in tertio perierẽtur. Sit medicina pondus oboli, apponatur medietas quadrantis, & recuperet in vitam, exemplum ponimus non vt ita sit, sed, &c. Dices forte, ego non possum semper facere aquã de corporibus dico, nec volo, sed semper Fundamenta sit redacta in aquam, & congeletur ad metallum, post resolutionẽ & congelationem, & dabo tibi vnam cautelam, quando aliquid vult recedere ab illo quod non convenit,

venit, ſicut quod deberet verti in metallum, vertitur in vitrum pone metallum in crucibolo ſimile Fundamento, vt ſi Fundamenta ſit cuprum, cuprum in illo ponatur, & illud trahet ad ſe, & ita erit metallum, & eſt maxima cautela, & quādo aliqui purgant argentum à plumbo, ponunt bonum argentum, vt attrahat ſuum ſimile, & eſt optima tinctio in Alchimia, & illud metallum cum ſuo ſimili, lauato tamen & fuſo & Fundamenta fuſa, & tunc fuſum cum fuſo ponatur, & illud fuſum cum alio fuſo, vt dixi. Et dico, quod Fundamenta ſemper ſit eiuſdē metalli cum quo cōiungis, id eſt cuprū cum cupro, quia aliter nō

mittendis nullus alius reuelauit, & bene scio: nec de elementis, nec de mixtione nec de proportione vsq; huc nunquam filia veritatis exiuit. De vltima mixtione quam dixi, cogita, quia ibi latet ars: habe & gaude sapiētiam mundi, cum factum habueris: diligenter enim vobis supplico pro actis & agendis, vt cum intellectum huius rei habueris, in ignem ardentem reponas, vel cauta scriptura scribas, & exempla sicut dixi facias. Si istud non abscondatur, mundi sapientia monstratur, & tunc pedites superabunt reges. Si quis gratiam habendi habeat: & sicut confessor illud cogitet. Verba Salomonis loquētis de magica, & dicentis. Si quis huc veniat, gratias

Deo reddat, nec communiter proloquatur, nec suo fratri demonstretur, sed habeat, & gaudeat: circa talia occupatus sum multum, & de operibus meis vobis mittam, cum tempus postulat, sed nunc nec de meis operibus, nec de aliis non, quia satis habes, sed ea habebis cum Deo & spiritu sancto qui viuit in seculasseculorum Amen.

*Explicit m zhst mcz dhsni Rlicrhaz dsnze hlgz nucm & ozrht.*

INCIPIT TERTIA EPISTOLA, QVÆ EST EX secretissimis de ponderibus, salutem.

CVm de ponderibus vtilis sit distinctio, quia pauci veritatem de hoc dixerunt, vnde primo scire oportet quod principia

pia huius artis sunt 4. elementa ignis, aer, terra, aqua. In quibus vt dixi. 4. qualitates primo dominãtur, videlicet in prima schedula, scilicet caladitas in igne, humiditas in aere, frigiditas in aqua siccitas in terra: hoc probat Auicenna in Porta sua, & secũdario illa elementa recipiũt alias qualitates extrinsecas, scilicet ignis recipit siccitatem, aer caliditatem, & sic de aliis. Et quia multa habeo dicere, in illa litera non possum totũ explanare, sed principiũ & finẽ, vt ex ipsis mediũ habeas, cũ oẽs authores eandẽ viã consecuti sunt, dãt principiũ id est maiorẽ, & finẽ, id est, cõclusionẽ, vt ex istis mediũ habeatur. Dant principiũ, cũ dicũt accipe hoc & hoc, & fac sic & sic, dãt fi-

calidum esse in fine quarti gradus, & siccum in principio. Aqua vero quod sit primo frigida probo, quia suum principiũ tendit semper ad frigiditatẽ, quamuis per violẽtiam tendat ad cõtrarium, vt aqua possit calefieri, quia aqua elemẽtaris posset cõgelari & siccari, nisi sua frigiditas maneret: dices forte, hoc esse contra Auicennam, quando dicit aerem in aquam, & ignem in terram. Et sic de omnibus dico; quod intelligit per dominiũ alterius, & bene posset. Sicut, tantum posset poni de igne in aquam, quod nihil de aqua videretur: aut posset per æquipollẽtiam, sicut cristallum in saphirum. Et dico aquam esse frigidam in fine quarti & humidam

in principio. Non dicas illud argumentum, quot modis dicitur vnum oppositorum, tot modis & reliquum: Ergo si aqua habet calefieri, ignis potest frigefieri, non valet de igne nostro elemẽtari, obtundi potest, &c. Cum non habeo hic disputare, sed falsitatem dicere, & sic de aliis intelligas. Item aer est humidus in quarto calidus in medio tertii, terra sicca in quarto frigida in medio tertii. Modo de ponderibus de elementis dico breuiter, quod fons istius est sol & luna. Sed multi dicũt, quod alia est cõpositio Elixiris ad cuprum & aliud ad plumbum, hoc probant multis rationibus, tamen non valent, sed melius illorum est illud, quia quod agit, in alio

agit

agit,cũ actio sit à cõtrario, ergo ad suum simile nihil agit, sed dicũnt quod Elixiris compositio est ex illis quæ contrariãtur corpori, sicut ad cuprum Elixir debet esse frigidum & humidum. Non est sic, dico quod componitur ex elementis contrariis sic præparatis, quia quicquid inueniant, agant in eo ad suam essentiam transmutandum, ex contrariis resultat medium. Vnde medium contrariatur cuilibet extremo. Vndẽ omnia metalla sunt extrema ad Elixir, Elixir vero medium, sic ergo agit nominaliter. Modo ad propositum. Aurum dico esse medium inter 4. qualitates: tamen multi dicũt ipsum esse calidũ & humidum, multi calidum & siccũ, ego vero

calor augmentet calorem; Ergo ignis augmentat calorem in auro, si augmentat, ergo magis est de calore, & sic magis & magis, ita quod calor superat omnia alia, & sic non medium, dico si sic esset, aurum esset crudum, quia omnis talis actio à cruditate procedit, nõ sic ibi, quoniam perfecte coquitur, & sic elemẽta eius cocta, non recipiunt mutationem in aliã speciem per se, nisi forte per mixtionem, nolo plus de rationibus, sed de esse rei, tamen alias habebis. Modo leue videtur cõponere mediũ, tamen non est, quia dicis, debet componi omnino ex contrariis, cum habeo ignẽ calidũ in quarto gradu; aerem humidum in quarto gradu, terram siccam in

quarto gradu ergo miſcendo iſta æqualiter habeo illud. Dico, bene dicis in primis qualitatib. ſed in ſecundariis non valet, vt ex dictis patet, quia non eſt adeo ſiccum ſicut eſt calidum, &c. Æqua iſta, &habes magiſteriũ. Procede ſic, ignis & aqua omnino cõtrariantur in caliditate, & frigiditate, humiditate, & ſiccitate, ſed humidum nec ſiccum eſt in quarto gradu per vnum gradum. Procede ſic. Ignis calidus & ſiccus in quarto aer calidus & humidus in quarto & ſic de cæteris, ſecundum aliquos, ergo omnia iſta cõſtituunt medium æqualiter. Secundum alios ſic, de igne vnum, de aere medium, de aqua quartum de terra octauum alii præcipiunt de terra quar-

ra quar-

ra quartum de aqua octauum nunc contra istos, qui omnia æqualiter dicunt, dicunt aerem adeo calidum sicut & ignem, cōtra, est humidū in quarto vt probat Auicenna, quia permittit omnia corpora ingredi, ergo magis humidum in quarto modo omne humidum mitigat calorem, & omne siccum augmentat calorem, cum aer est humipus in quarto ergo mitigat : Si mitigat & aliud augmētat, quod augmentat, magis est, præterea secundum Auicennam in qualitates, primæ dicantur, vt dixi, & illæ sunt maiores, si sunt maiores; ergo non æquales in eo quod maiores ¦, & sic improba omnes reliquos modos, sub primo sensu probationis, &c.

O 6 modo

gradus habeat. 60. minuta: Vnde 4. gradus habent. 240. minuta, quia 60. quater tot constituunt. Et exemplifico sic. Ignis calidus in quarto siccus in fine tertii. Minuta caliditatis sunt. 240. minuta siccitatis. 60. Vnde deficiunt 60. minuta de siccitate in quarto Restauramus illud de sicco in quarto, quod est illud? terra, terra est sicca in quarto, frigida in medio tertii. Modo 60. minuta mihi deficiunt: tollamus 60. de terra: & illa 60. sunt sicca in quarto, & frigida in medio tertii, quia qualibet pars gradus est in eodem gradu. Cape 30. de igne. Misce simul. Vnde quid prouenit, quare 30. statim percipies frigidum in quarto reducit calidum in quarto ad

cem-

temperamentum, quod nec calidum, nec est frigidum. Sic frigidum in tertio, & calidū in tertio. Nunc siccū in tertio, in quātum siccum nō remittit siccum in quarto. Nunc 60. partes de terra siccum in quarto. Addam' siccū in tertio, ad siccū in quarto, perueniat siccitas in quarto. Modo habemus id siccum in quarto. Sed ignis est calidus in quarto terra frigida in medio tertii. Cum quartus gradus excedit secundum in duas virtutes: tunc medietas agit in duos gradus: qa si ego acciperem, æqualiter de terra, cum quartus gradus similiter agit in quarto destrueretur eius frigidum, & faceret ipsū esse calidū in quarto gradu, & calidū in quarto gradu, & calidū in secundo,

cundo, obtundit calidũ in quarto. Sic non habemus ꝓpositum. Nunc pone aliquid esse frigidũ in 2. Aliud calidũ in 4. tunc medietas põderis secundi gradus de illo in 4. reducit æqualiter ad tẽperamentum. Et si acuti ingenii es, satis patet, q̃a 4. excedunt duo in duo: tunc medietas 4. est 2. sed pars gradus est medium gradus. Nunc sicut 4. agit in 4. sic medietas 3. de 4. agit in 2. 4. habet duplã virtutẽ ad 2. si sic, medietas illius reducit ipsum ad temperamentum, & non plus: tunc medietas terræ opposita de igne facit ipsum esse siccum in 4. & reducit duos gradus ad temperamẽtum. Sed quid de medietate gradus 3. q̃ est in terra. Appone adhuc 3. de igne, quia 3. est medietas de 3.

Nam

Nam ficut medium fecit in tertio, sic medium medii facit in medio tertii. Illud siccum ad aliud siccum conseruat: tunc illud commixtum est siccum in quarto, & nec est frigidum, nec calidum, nec humidum. Appone tunc illa 60. in quarto ad ignem: & habes ignem calidum & siccum in quarto. Et dices cõtra: Hoc est impossibile, quod siccum sit sine calido, frigidum sine humido. Vnde dico verum. Est impossibile, quin habeat potentiam, sed quoad effectũ præsentem non. Adhuc dices: Hic sunt multa inconuenientia, vt probo. Tu dicis, illud nec est calidum, nec frigidum, nec humidum nec siccum in actu, & quod debet addi ad calidum in

quarto

quarto, & obtundere ipſum, tamen calidum in ſecundo remittit calidum in quarto, & per iſtud nõ eſt calidum: ergo quod eſt inſimul in parte magis remittit quam contrarium, cum ad maiorem contrarietatẽ maior actio requiritur: quia omnis conſeruatio fit à ſimilibus, corruptio à contrariis: ergo omnino eſt impoſſibile, quod ageret in ſimile, & contrarium conſeruaret, quia per te calidum remittit calidum, & quod non eſt calidum, non remitit calidum: dico illud quod dixi, quia nec eſt calidum, nec frigidum, nec humidum, nec ſiccum, ſed eſt vnum tale, quod eſt ſuſceptibile cuiuslibet, ita quod vbicunq; ponitur eſt eiuſdem diſpoſitio-

nis.

nis, cui apponitur: & hoc est verum. Per hoc ad rationes satis patet tamen sic dico. Cum dicis, quanto magis aliquid conuenit & accedit ad aliud, citius recipit ipsum. Simpliciter nō tenet hac de caussa per Auicēna. Rubeum est mixtum ex multo nigro, & pauco albo: tunc magis accedit ad nigrum: ergo citius recipit nigrum. Non valet citius album quod est extremum recipit nigrum quam rubeum. Aliter leuius est facere argētum nigrum, quam Solem, quia Sol non patitur eclipsin, sed album est susceptibile: per hoc patet ad rationes, quod al quod quod nec est vnum, nec aliud citius cōuertit in sui naturam, quā illud ꝙ conuenit in parte. Et dicam aliam caus-

caussam, quando calidum in 3. remittit calidum in 4. Hoc est prpter frigiditatem latentem, quia in extensione calidi, frigidum latens insurgit, & in illa accretione parum remittit, & statim vincitur, tamen remissum manet. Non sic in alio quando taliter est æquatum. Si surgeret aliquid suum contrarium insurgeret secum, & quãdo mere cõtraria insurgunt, vnum non patitur aliud, & ideo nullus audet surgere contra alium, quia tunc in vanum: nec est frigidum in actu, nec calidum in actu: sed in 2. gradu frigidum latet, & in mixtione surgit. Modo non valet. Frigidum in actu agit in calidum: ergo quod non est frigidum agit: Et sic rationes tuæ

con-

sunt 150. siccitatis 134. deficiunt de frigiditate 90. minuta. Misce 90. minuta terræ cum 90. minutis aquæ: quid est. Primo de siccitate & humiditate, Siccum in quarto aliud humidum in tertio dum æqualiter ponatur. Facit vnum temperamentum declinare ad vnum gradum siccitatis frigidum in quarto, ad frigidum in medio tertii facit ipsum esse frigidum in quarto gradu. Ratio ex supradictis patet, si subtiliter inspiciatur, nam quod est in parte simile, leuior est actio quam in contrario: quia si poneretur frigidum in quarto ad calidum in tertio faceret ipsum esse in primo gradu. A multo fortiori frigidum augmentaret frigidũ: quia si calidum in quarto ponatur

forte dices quod non. Tunc scis ea quæ nescis. Scire vertere vnum oppositorum, & nescis vertere reliquum: tamen dicam. Sed eadem est ratio æqua. Nunc ad aquam. Si deficit in humido 60. minuta, cape 60. de aere, & 30. & 15. de aqua vt dixi de igne, & adde illud ęquatum ad aquam non æquatam, & habebis aquam frigidam & humidam in 4. Ad æquandum aerem, cape 90. de igne non æquato, & 90, de aere, & 30. de igne, & habes desiderium. Ista via forte non apparet tibi, quia videtur inconueniens, quod quamuis illud esset sic æquatum, adhuc si adderetur aliud, obtunderet ipsum, tunc nihil intelligis.

corrige ipsũ, quia dedi tibi terrã siccam, & nihil aliud. Appone 15. de terra sicca, & destruet illud humidum, quia sicut mediũ põdus de secundo, de igne reducit ipsum ad temperamentum, sic quarta pars medii ad primum, & sic de aliis contrariis: tunc habes ignem calidum in quarto, & nihil aliud, terram siccã in quarto, & nihil aliud. In istis primis qualitatibus habitis, potes componere calidũ & siccum in quarto. Sit ignis æqualis cum terra. Ex quo nihil est in igne nisi calidum in quarto & in terra nisi siccum in quarto. Adiunge ea, & habes calidum & siccũ in quarto. Et sic potes ex istis componere quamcunque complexionem volueris, vt calidum in me-

 dio

dio primi, ſiccum in fine ſecundi & quæcunque volueris. Dices forte: Quare feciſti tantam narrationem? Dico, adhuc vix ſufficit. Et dixi totum magiſterium in prædictis, & vt ſcias vertere vnum in aliud, & æquare omnia in mundo, docui te ſoluere & deſtruere, & confortare & debilitare, & deſtruere vnum, & ſaluare reliquum, & vbi ſunt duo inæqualia, facere ipſa æqualia, & facere æqualia inæqualia: Et ſi intelligas iſta, non errabis in aliquo opere. Et ego fui in voluntate iſtam artem omnino dimiſiſſe, & poſtquam vidi iſtam æquationem, quod poſſum habere de mixto 4. & illa 4. æquare ad voluntatem, tunc vidi certitudinẽ. Et quia dixi quod omne

eſt

est resolubile in illis ex quibus componitur, & iterum facere: Dixit vnus Græcus, ex carne Pauonis procedit buso per fimum: Ergo buso ille posset reduci per diuisionem & æquationem ad Pauonem, & eodem modo de arbore, cui dixi, si essent in eo partes similes sicut in metallo, bene esset possibile, & si posset suscipere illa, sicut metallum.

Sed in arbore & in talibus sunt partes dissimiles, & diuersæ complexiones, sicut cortex fructus, & talia: In metallo, omnes partes sunt similes. Et te nunc docebo vertere quodlibet in alio: Primo si habeas, de elementis redactis ad vnum genus. Sicut ignis calidus

& ſiccus in quarto, & vis vertere in aquam: reduc ipſum ad temperamentum, vt ſit ſuſceptibile & hoc oportet te facere in calce: Nam quod dico de elementis, eodem modo eſt de corporibus. Nunc ad ignem Appone, de aqua frigida & humida in quarto, tunc eſt tẽperatum, & tunc quicquid illi apponatur, eſt eiuſdem complexionis cui apponitur, & ponam exemplum de iſto ſolo. Pondus denarii de igne æquato, ad podus denarii de aqua. Nunc eſt temperatum: Appone vnum de aqua, & facit aliud ſuæ cõplexionis, & tunc habebis pondus triũ denariorũ de aqua videlicet ſi primũ fuerit vnũ de igne: q̃a vnum ad vnum facit temperamẽtũ; & tertium facit eiuſdem cõple-

plexionis, & quando aliquid est sicut temperatum per contrarium sicut nunc fuit ignis; est obediẽs caliditati, frigiditati, humiditati, siccitati & quando aliquid obedit, victum est, & tenet secum, sicut vnus homo victus, in posterum adiuuat victorem si victus fuerit, & sibi intendit. Ita nõ dubites qualiter vnus ita paruus cõuertat tantas partes, quia quando est tẽperatus, si qua res apponatur, facit totum esse suæ complexionis, dum tamen non vltra modum. Et si elemẽta fuerint in primus qualitatib. tãtum eodem modo facit. Et sic de corporibus ad suum optimum, quia est aurum, quia impossibile est te facere aliquid nisi sit possibile in natura. Vnde dico: quod

ſi plumbum poſſet iacere in ſua minera, natura faceret ipſum aurum, quia natura agit ſemper ad melius, & ſic concedo quouſque fiat optimum, tinctura bene diſpoſita citius agit. Sed nos citius poſſumus agere. Vnde aliqui dicunt de tranſmutatione: Aliqui dicunt de correctione. Vnde nulla alia eſt doctrina. Aliqui dicunt quod oportet trãſmutare, dicunt quod forma dat eſſe rei, ſed eſſe aurum eſt aliud ab eſſe plumbum: ergo fit ibi tranſmutatio de forma. Qui dicunt de correctione, dicunt quod homo æger quando ſanatur, non transformatur ab vna ſpecie in aliam. Ratio vtriuſque bona eſt. Sed vna eſt melior, & hoc vult Auicenna qui di-

dicit, transmutare, quia à potentia ad actum fit transmutatio, & è conuerso, & sic conueniunt, quamuis videantur contrariare: Lege & perlege, & inuenies sapientiam. Et sunt multi qui assimulantur cuidam animali in Græcia, quod in æstate stat sub quadam arbore, & cupit libenter comedere de fructu illius arboris, & bene posset ascēdere, sed propter timorem descensus, non vult ascēdere: quid facit? Primo corrodit corticem arboris, deinde arborem, vt arbor cadat super eũ, vt tunc possit comedere de fructu. Sic faciunt omnes homines appetunt scientiam istã, vt lucrari possint, sed perfectionem non curant. Nolunt ascendere ad arborem,

id est, ad sciētiam: propter quid? propter studium. Quid faciunt? temptant & temptant, & non inueniunt, corrodunt sic experimenta, quousque vnum cadat super eos, & si semel habuerint, & alias defecerint, nesciunt propter quid, & sic sunt Idiotæ, quia nesciunt quid auctor intelligit per ea quæ dicit; vel non loquatur de crudis, vel decoctis, vel sublimatis semel vel ter non cō-siderant complexiones operari per æquationem. Non mirum si amittāt omne quod ibi ponunt, sicut animal de quo dixi, frangit dentes in corrosione corticis, quia auctor intelligit vnum per aliud. Et quamuis ego dixero: Accipe hoc & hoc. Non credas mihi. Operare secundum

san-

ſanguinem, id eſt, intellectum per pondera prædicta. Videas in titulo, cum dicunt ad aurum faciendum: Cape hoc & hoc: ſi omnia collecta conſtituant complexionem auri. Si ſic, bene. Si non: Non intromittes, niſi ſecundum æquationem propriam. Et ſic de omnibus. Dimitte experimenta: Cape rationes, & inuenies. Crede mihi. Modo candelæ. Bene ſcis, quod terra & aqua faciunt album: ignis & aer rubeum. Modo ſi velis conſtringere, & prolongare fuſionem. Ad ponderis primi æquationem cum terra operaberis, quia de ratione frigidi eſt conſtringere, & de ratione ſicci prolongare fuſionem. Modo quando par-

tes simul ad centrum contrahuntur, valet ad pondus per cõtrarium. Modo si vis festinare fusionem: Pone de aqua, Nunc posui exemplum in Luna. Sic enim est de igne & aere in Sole: quia quod facit ignis & aer in Sole: Illud facit terra & aqua in Luna: Sed antequam facias æquationem: Vide quod elementa sint præparata. Et scias, quod veritatem omnino non dixi in diuisione elementorum. Sed volo vt sustineas illam viam, quia probabilem, & vt habeas viam probabilem coram plebe si necesse fuerit, & in mixtione dicas quod materia fluit sicut cera super corpus, non vt metallum, vt dixi, & quod ingreditur metallum, & si negat, habeas cu-

prum

prum rubeum, & sal commune octies præparatum, & quando ignitur, pone super laminam, & candescet, & decipe visum suum; & in probatione tene secundum cōmune dictum, vt ignis erit calidus & siccus in quarto sine æquatione, & sic de aliis: Et non neget quin ex istis possit fieri medium, & perfecte coctum, tunc credit se totum habere, cum nihil habeat de veritate quia si diceres omnibus veritatem; vnus sapiens qui disputaret tecum, haberet scientiā, nisi in modo operandi: tene cautelam, quando ꝑfecte coquitur, non fumet: & quando medicina est ad metallū redacta, vt ægrediat͛ sine squama: tertia cautela est: quādo illud metallū coniun-

gitur cum alio metallo immundo, & emittit ſpumam vehemẽtem ſine ſumo corrodendo illam ſorditiem, & quando iſta tria concurrunt, certus ſis de decoctione. Et dico, quod multi faciunt diuerſa ſigna pro elementis, vt Auicenna refert. Et quãdo audis me dicere in operibus meis in libro de neceſſitate accidentium. Accipe ſulphur, intellige capillos, & quando argentum viuum, ſanguinem, & quando ſal armoniacum oua, & quando oua, argentum viuum, quando capillos, cape ſulphur, quando ſanguinem, acetum. Dicunt multi quod ſulphur non intrat in hoc magiſterio ſecundũ Auicennã, & tamẽ dat ſublimationẽ eius & videtur contrariari

ſibi

sibi ipsi: quando dicunt, non intrat, volunt intelligere quod melius loco eius possit intrare. Et quando intrat, q; ad ea valet, & propono tangere de talibus in libro de 36. scientiis, non dicas veritatem potēti vel maleuolo, sed impotenti & socio, &c. Nunc libellum de necessitate accidētium diuido hic per particulas: pars prima est de instrumentis, & hæc continet tria capitula, de ferreis, vitreis, terreis. Secunda pars de modo operandi: & hæc in tria, primo de ablutione secundo de calcinatione tertio de solutione & congelatione. Tertia pars est de receptionibus, primo ad solem, secundo ad lunam tertio quodlibet in aliud, & dico hic diuisionem, vt stultus non per-

percipiat vtilitatē ô quantus est error in ponderibus medicorū, credunt se esse doctores, cum sint magistri puerorum, credūt in illis qui componunt eis electuaria, cum ponunt simile in sapore, si sit in quarto gradu pro illo in tertio & occidunt tot homines quod miror, nec considerant complexionem. Sed dicunt, si operetur bene sin autē: Tu autem: Sic faciunt: nūc breuiter volo explicare veritatem, complexio auri data est de luna dico, terra magis, aqua minus, aer minor: Ignis minima, de terra vnum, de aqua medium, de aere quartum de igne octauum nunc scis illud vertere vt credo: quia pone magis de igne

&

& aere, & coque perfecte, & tene propositum. Vnde est frigidum in tertio humidum in secundo, fit enim de Mercurio puro cocto & de sulphure croceo non bene cocto, duæ partes sunt Mercurij, & tertia pars sulphuris. Vnde si sulphur esset bene coctum & æqualiter cum Mercurio, non pateretur eclipsim, & docui te saluare vnum, & corrigere reliquum.

Modo de plumbo, terra magis, aqua minus, aer minor: Ignis minima: de terra duas partes, de aqua pars vna & dimidia, de aere quinta : de igne decima: fit ex grosso Mercurio nigro crudo, & sulphure crudo, de Mer-

Mercurio 2. partes & dimidia, de sulphure 1. pars & dimidia, nihil fere coquitur: Ideo cito soluitur, vt probat Auic. capitulo de plumbo, vbi dicit, aurum coquitur plumbum vero non, cõplexio sua frigida est & sicca, frigida in quarto sicca in tertio cõtra per epistolam ad Hasim subiectum liquefactionis est humiditas ergo est magis humida quã Luna. Respondeo, non. Sua humiditas non est mixta vehementer, sed est propter cruditatem, & sic solue ad alias rationes. Nũc de stanno. Stannum fit ex aqua maiore, terra minore, aere minore, igne minimo: de aqua duæ partes: de terra vna pars: de arere quarta pars: de igne octaua, fit autem de Mercurio

puro

puro crudo, & ex ſulphure aduſto: de Mercurio duæ partes & dimidia: de ſulphure vna pars & dimidia, complexio eius eſt frigidá & humida. Opus ſubtile eſt in ipſo nõ opereris cum illo, donec fueris diues ſecundum Auic. & dicunt quidam, quod Auic. contradicit multis philoſophis, & nullum commendauit niſi ſe ipſum, & quod contradixit Hermeti philoſopho, ſed nõ eſt ita non contradixit Hermeti, ſed non intelligentibus Hermetem, & cõtradixit falſis trãslatoribus, ſicut fuerunt iſti, qui tranſtulerunt libros 9. quia requiritur quam translator ſciat linguam, in quam debeat fieri translatio, & ſciat linguam trãslaturam, & ſcientiã translatandam,

dam, modo translator quando sciuit linguam, fecit se magistrũ, & fecit multa ex proprio capite, tamen Arist. nunquam talia cogitauit, vt est in quarto Metheororum quod bene potest probari per rationem, & per sua dicta in suis secretis de diuersis scientiis: Illis enim contradicit & merito.

Nunc de cupro, est de igne vna, de aere media de terra quarta de aqua octaua fit autem de Mercurio grosso semicocto, & ex sulphure fere cocto, de sulphure secundo de Mercurio vnam, & est propinquius argento quam auro: dicunt aliqui & contra: quia dicunt leuius est tollere nigredinem, & augere rubedinem quam facere album:

bum, nesciunt quid dicant, quia antequam rubeũ sit perfectum, oportet quod sit album, & tunc est susceptibile sicut prius dixi, & citius recipit argentum quam aurum, quia suum occultum est argentum. Dicunt de plumbo eodem modo quidam authores quod plumbũ est propinquius auro, responde eadem ratione, quia suum occultum est aurum, id est citius. &c. Complexio eius calida est & sicca. Operare cum cupro & non amittes. Et dicam causam in cupro quare cuprum dealbatum vt argentum omnino & in malleatione; & quando coniungitur cum argento, propterea argentũ est, & tamẽ hoc 1. dicã cur vocatur lapis, in 2. q d est lapis, 3. ad vtilitatem, deinde ad

ad causam dicunt esse lapides: quia lapis pretiosus superat omne aurum: sic ille lapis merito vocatur lapis. Alia causa cur vocatur lapis, est quia sicut lapis stat in igne, & sustinet ignem: Ita lapis noster absq; corruptione. Si quæris quid sit lapis. Dico quod omne fixum super ignẽ. Si queris quid sit lapis metalli, dico omne quod est fixum sicut in primo, & si sit in ratione metalli. Si queris, qui sunt lapides preciosi metallorum? Dico saphyrum, cristallum, iacintum, hoc est vnum arborum, salem armoniacum vtilitas est ad solem & lunã faciẽdũ, alia, vt faciamus quodcumq; pati temptationẽ. Nunc ad causam. Dico, terra elementaris vel terra medicinalis appo-

natur

natur ad albificandum. Nihil valet, quia habet eandem complexionem quam prius habuit. Modo calidum & siccum non recipit frigidum & humidum: quia nō habet nec de metallo, nec de lapide, vt possit sufferre temptationem. Et sic fecit ille Berardus in quarto Metheororum & idem taliter loquebatur de arte. Et omne quod dico in elementis intellige scilicet in corporibus. Eodem modo post diuisionem. Vnde non expendes elementa lapidis in talibus, sed elementa metallorum: hoc est sanum. Et dabo tibi aliam causam quare bis vel ter stat in igne, & color fortis, & in tertia vice peioratur: quia sua elemēta non sunt æquata recte, nec

cocta,

cocta, quia ſicut ſol habet ſuum circulum, ita & luna habet ſuum circulum. Nunc ad ferrum de igne 2. partes, de aere 4. de terra medium, de aqua tertium fit enim ex ſulphure aduſto, & ex Mercurio perfecte cocto: de ſulphure tres partes, de Mercurio vna pars complexio eius calida & ſicca corpus ſeptimum eſt ignotum. Aliqui dicunt, quod vitrum eſt corpus tali ratione, quia corpora alia accedunt ad eum, & alia ratione, quia Mercurius nominatur inter ſpiritus, ideo non debet nominari inter corpora, & alia eſt ratio ſecundum Auicennam, quia ſunt quæ cum malleo ſe elongant, vitrum non elongat

ſe cum

se cum malleo. Ergo nō est de 7. dico cum Auicenna, quod vitrum est corpus & spiritus: Sicut omne hic inferius habet dominium à terra & aqua ad substantiam, non secundum effectum, vel dicunt quidam & bene de 4. spiritibus; Mercurius est de genere metallorum, ex genere atramentorum sulphur: ex genere lapidum Arsenicum, ex genere salium, armoniacum.

Nunc dictum est de corporibus, nunc parum de spiritibus, & à Mercurio sumpto inimico. Dico quod secūdum hoc quod euolat, non est corpus, sed secūdum substantiam. Et dicunt aliqui ipsum esse calidum, aliqui frigidum, calidum tali ratione, quia per exemplum in speculo ardente

ardente, quia calor ſolis veniens ad calorem introcluſum per poros vitri, volens ipſum ad ſe trahere, & aliud obedit ſibi, & vellet exire, tamen non poteſt: Sicque ex reflexione cauſatur calor, hoc nihil eſt, ſed eſt frigidũ & humidũ, & magis humidum quam frigidum, & calor ſolis veniens ad ſuum contrarium per poros ex actione contrarietatis cauſatur calor: abſit, alia ratio, vt eſt in calce non extincta, cum aqua frigida ſibi aduenerit, eſt magis calidum per medium quã frigidum: quod per experimentum patet frigidum in medio quarti humidum in quarto & non omne metallum eſt eiuſdem compoſitionis, vt dicit Auicena, quia de plumbo il-
Q lud

lud non valet, vnde per ęquationem bene ſcis vertere huc & illuc, quia eſt radix rei totius, vt luna ipſum recipiat: Suſtine frigiditatem, depone humidum fluens, ſed ferrum reduc ad ſuũ occultum, &c. Et dicam de Mercurio multa, ſunt aliqui qui figunt Mercurium cum plumbo, quouſque remanet fixum in fundo, vt corpus poſſit eum ſuſcipere, modus eſt, ſed non optimus. Intellige iſtud Auicenna. Qui habet purum Mercurium nouies ſublimatum, habet totum. Et cum hoc dicam quod neceſſitas diuiſionis elementorum, vt poſſumus componere complexionem ad libitum, quia nos non inuenimus aliquid ſimile auro, niſi aurum, facere

aurum

aurum de auro quid valet. Alia vt quod superfluum est per contrarium dominatur, & è conuerso & causa quarte Mercurius iungitur cum corporibus humidis, est, quia suum humidũ gaudet humido, & per hoc potest probari, quod suum humidum magis est dices, contradicis quod plumbum est frigidum & siccum, dico quod sic operatur, sed quando funditur est suæ cõplexionis, & dico cum Auicenna est currens propter spiritum suum, &c. Et multa vtilia sunt in Mercurio, quia leniter æquatur ad quodlibet corpus, & est comparatio facta inter ipsum & medicinã, q̃ defert aliã medicinã ad membrũ debitũ, vt philosophi sanant, Sic iste Mercurius postq̃

est tinctus albus cum rubeo, & nō separatur à Mercurio & Mercurius coniungitur cū corpore, nec recedet ab eo: Tunc sis certus, quod color stat, & temptatio non nocet : quia si color non à Mercurio, & Mercurius non à corpore, ergo nec color. Et feci te intelligere verba Auicennæ in pluribus. Non adhibeas fidem istis commentatoribus Auicennæ, quia vbi ipse dicit manifeste, propter inuidiam dicunt q; in hoc errauit & quādo dicit occultū, dicunt quod ipse dicit verū, si vnū tale adiungeretur: falsum dicunt, quod si suum occultum esset manifestum, & vnum tale adiungeretur, nihil valet. Cape textum & æquationem, & faciunt rationes sophisticas

ſticas, vt videantur boni, & vt authores errant in opere. Nunc ad ſulphur redeo: dico quod ſulphur eſt calidum & ſiccum, ſicut dicit Auicenna capitulo de ſulphure, & eſt magis ſiccum quam calidum, & frangit corpora vt ipſe dicit, & ſublimat ſe, & ideo eſt ſpiritus, vel ratione ſpiritus. Vnde ſubdit, quando aliquid non ſe ſublimat per ſe, appone ſpiritum proprium, & vi ſpiritus ſublimabitur. Et ſulphur eſt calidum fere in tertio & ſiccum in fine quarti præter 15. minuta, vt dicit Auicenna authores ſæpe per 4. ſpiritus, intelligunt quatuor elementa, & ſtulti temptant, & non inueniunt, & non curant ſapientes niſi ex ſenſu proprio, & inæqua-

tione, & ratione, & inueniunt veritatem vt dixi tibi. Non credas experimentis meis nec aliis, quia per vnum dant intelligere reliquum, & dixi tibi qualiter ſulphur intrat, & qualiter non, & qualiter debes ſaluare humiditatem in calce, & in quolibet & ſi ſcirent hoc medici, non euacuarent tantum de humore radicali in laxatiuis, imo faciunt ſicut experimentator ſine theorica, & occiduat homines, quouſque inueniunt vnum experimentum ad illum humorem vt pote in cholerico, & credunt hoc tenere in omnibus complexionibus, neſciunt aliter experiri niſi in hominibus. Væ talibus vellem ſi neſcirent curam propriam, quod procede-

cederent ſicut Alchymiſtæ faciunt ad corpus ignotum, quia ſecundum Gallenum. Ignota cauſa, à caſu procedit cura, quando corpus eſt ignotum omnino quod eſt ei conueniens facies. Pone elementa æquata in illo corpore, & illa æquata confortant bonitatem in illo corpore, & tunc ſtatim percipies quod elementum eſt dominans, hoc facto acue medicinam per contrarium, & illud contrarium vincet dominantem, & eſt cautela maxima, & eſt proceſſus optimus in phyſica, dare primo medicinam temperatam, quæ eſt illa, ex mere contrariis, & ex illis confortatur natura, quia natura

gaudet mediis , & tunc ſtatim percipies quis humor eſt dominans, hoc ſcito, acue medicinā temperatam parum & parum per contrarium morbo , & ſic melius eſt ſtare perlongum tempus quam ſtatim occidere, & iſta medicina bene reſtat iudicio Aſtronomiæ , quam philoſophi volunt credere quod illud, quod purgat inferius per influentiam ſuperiorum poſſet purgare per ſuperius : Ita medicina bona in omnibus quod dicunt de Aſtronomia , certe quia neſciunt, nolunt credere, quod vna ſcientia ſpecie diſtincta ab alia requiritur in talibus, tamen hoc eſt, contra omnes ſuos authores, & ſuſtinent vnum ſuum argumentum, quod omnis motus

tus voluntarius, &c. Vnde quæ non sunt cognita nec scita apud eos sunt execrabilia, vnde multi multa dixerunt, plura tamen bona abbreuiauerunt, quia ea nôn cognouerunt.

Nunc de sale armoniaco breuiter, sal armoniacus calidus & siccus, & sua caliditas fere æquatur suæ siccitati præter 4. minuta: calidus & siccus in medio quarti præter 4. minuta de siccitate minuuntur dissoluit, &c. Arsenicum calidum est & siccum, & calor suus maior est sicco, hoc vult Auicenna in suo capitulo, cum dicit, comburit corpora, & sulphur magis siccum. Idem frangit corpora, & est calidũ in fine quarti siccum fere in medio tertij non omnis

Mercurius, nec omne sulphur, & sic de aliis sunt eiusdem complexionis, sed quæ debent eligi satis plane dicit Auicenna de salibus satis bene dicit, si daret gradum, & latitudinem gradus, & quid multi intellexerunt per sales dicit quinta distinctione, capitulo decimoquinto de vitriolo in fine. Et audies in dictis meis aliquid contra Auicennam, ego non dixi, sed est opinio aliorum, & si dicas quam rationem, dico taliter de minutis? Dico per æquationem & rationem, & per libros in Græcia. Modo breuiter de calce cuiuslibet corporis calx auri inter omnes calces est media, sicut aurum inter om-

nia

nia corpora eſt medium, ſed declinat ad calidum & ſiccum, & in medio primi gradus, & dices quod ego dixi prius, quod aurum fuit incorruptibile, & hoc corrumpitur, quia recedit à temperamento: Nam vbi aurum funditur, eſt incorruptibile, ſed in illis minutis partibus fit aduſtio. Et dixi ſimiliter quod propter commixtionem, bene poſſet corrumpi ratione illius recepti. Et hic dicam de auro parum, & quid eſt Elixir, & qualiter mutat, & ſub qua forma manet mutatio fieri, & cauſſam quare eſt melius aurum ex facto, & eſt Elixir vſque ad terminum ſuum, & aliud nõ. Elixir ſecundum aliquos, eſt

res cõuertens dissimilitudinem in similitudinem rerum appositarum. Secundum alios, est res corrigens omnem infirmitatẽ, ipsum corpus reducendo ad optimum. Secundum Auicennam est res transmutans vnam speciem in aliam, & à potentia ad actum, quod est suum optimum. Aurum, scilicet & argentum, stans, tingens, &c. Et dixi qualiter simul stant. Isto modo mutant, quia ita æquatur, & perfecte coquitur, quod agit in quodlibet, vsque ad suum terminum, & non finit aliquid in eo agere, sed est dans suam tincturã, vt oẽs dicunt, quia quanto plus perfecte coquitur, tanto magis tingit. Si quęris de forma, dico

dico q; actio illius Elixir in tempore est inductio formæ in materiam, & est in instanti. Dico q; in actione nec debet dici vna forma, nec alia simpliciter, sed est in forma mixti, donec forma inducatur: Et quando habes Elixir, cogites de dicto Auicennæ comede vt bibas: Hoc est dicere. Noli comedere tantum de puluere venenoso, quin bibas: Hoc est dicere. Noli vti Elixire tuo in immundis, quia nõ lucraberis. Aliud, non comedas de filio cuius mater sit corrupta: Hoc est ponere tuum Elixir in corpore immundo. Bibe vt cõmedas, hoc est, noli tantum dare, de aqua, quin in posterum possis comedere, hoc est accipere puluerem, Alio modo: Noli po-

ponere aquam immundam & non distillatam in Elixir: Non tamen dico, quin agat in corpore immundo: sed corpus non suscipit animam libenter, nisi à scrupulis sit mundata. Sed reduc corpora ad temperamentum, vt dixi, & tunc sunt susceptibilia, & hoc vocant materiam primam vt dixi in qualitate, & tunc habes illam quæstionem solutã, quomodo quadrãs mutat mille mille partes, quia quicquid apponitur ad susceptibile, facit totum susceptibile esse, & eius cõplexionis. Contra dicis tu. Vt q̃d laboremus in Elixir, quia per te tantũ valet apponere aurũ quia facit ipsũ esse suę naturę, dico nõ tantũ, sed videt' tamẽ: & hic dicã caussã in auro de facto & naturali, Di-

li. Dico quod aurum de facto est melius naturali in multo, quia magis perfecte æquatur, & color fortificatur de solutione & diuisione. Et quidam portant vnum fallum textum Auicennæ pro se, & quod hoc sint verba Auicennæ & illud quod non est de Elixir valet magis, & illud nunquam erat in mente eius, cum statim immediate subdit, & illud est in tribus modis.

De petra capillorum, &c. & tamen hoc non posset esse naturale, & si esset, quod falsum est: Adhuc posset dicere, quod aurum naturale melius est ad diuersos lapides, quia si esset de petra capillorum, haberent eandem æquationem virtus tamen potentia non

est

est eadem. Vnde si caperes aurum de quo lapide esset factum, melius esset operari cum eo, quam cum naturali. Vnde dico quod optimum Elixir fit de auro, & sic quando calcinatur, est lapsum à temperamento. Æqua eum cum elementis. Si fit de lapide, æqua eum cum elementis eiusdem lapidis: Si sit naturale, æqua eum de quocunque lapide volueris. Et hoc est de mente Auicennæ cum dicit capitulo de auro: Operare cum eodem lapide, hoc est ipsum rectificando, cum quo lapide prius operabatur, & hoc est sanum. Et nullum Elixir est melius. Et sicut dixi de auro, sic de argento. & distinctionem inter ea satis plane docet Auicenna.

Nunc

Nunc ad caussam, dico quod quanto sæpius solueris, & coagulaueris, tãto fortior erit tinctura & circulum suum prolongat. Vnde quia aurum quando miscetur cum tali temperamento, valet, sed nõ tantum, caussa prædicta, nec habet circulũ ita magnum, hoc sufficit de auro & argento.

Et iam de argento. Dico calcem argenti esse calidum & siccum in secundo gradu, calx cupri in tertio, calx ferri in medio quarti, calx plumbi in medio tertii calx stanni in principio secũdi. Calx Mercurii nouies sublimati in quarto siccitatis in quarto caliditatis, quia quãdo induras humidum sicut Mercurium, in prima induratione fit calidum

dum & ſiccum. Calx Mercurii in prima ſublimatione fit calida & ſicca in ſecundo augmentat 20. minuta in caliditate, & 25. in ſiccitate, & ſic de tribus reſiduis ſpiritibus: Et ſi neſcires, dedi tibi cautelam ad procedendum ad ignotum. Et ſi quæris cauſſam quare molle cum molli, & durum præcedit. Dico duo, vt alia intelligas, & per hoc ſcias mollificare & indurare, quando molle cum duro, ſi ſint ſimiles in complexione, vt argentum & Mercurius, quando coniunguntur, nulla eſt actio contrarietatis, niſi ſecundum magis & minus. Venit calor exterius, & expellit humidum ad partes centrales, & frigidum manet vtrobique, & ſic fit coniunctio par-

partium, & quando sic fit induratio. Sed pone cuprum cum stanno, ibi est actio contrarietatis & sic calor agens in cōtraris dissoluit partes ad dissolutionem partium, ex parte humidi fit mollities. Cum his habes alia ad indurandum Lunam, dedi terram ad mollificandum, dedi aquam ad dulcificandum, dedi tibi aquam ad amarificandum, dedi tibi terram cum contractione partium; & fit pondus. Eodem modo de igne & aere in Sole, &c. In dissolutione corporum requirunt humiditatem bene per 30. minuta.

Nunc breuiter, de residuis, &pri-

&primo de igne & eius proportione: Ignis est triplex, naturalis, & hic est communis, elementaris; physicus, id est, fimus. Proportio ignis est cum ratione agentis, vt in distillatione aquæ, ignis leuis, in aere maior, & in sublimatione ignis maximus: Ignis leuis, quousque humiditas exierit, & quilibet istorum ignium diuiditur in maximum, medium, & minimum. Et quando dicunt in fimo, fac puteum in terra, cum tertia parte salis, & habe vnum vas simile ampullæ factum, ad ponẽdum in fimo, quousque inspissetur. Deinde extrahatur, & ponatur ampulla ibi, & sic fiat aliud, in septimo die remoueatur, & conseruetur ab aere, & per ignem istum potes

tes distillare. Et dico tibi vnum, quando vis vt frigidum intret centrum alicuius corporis, vel rei, appone calidum, & defert frigidum vt induratio, & quando soluis, cum calido, &c. Mensis physicus est 15. dies. Et quando dicunt, mole & tere per 3. dies non requiritur, quia aliquando fit per vnum. Aliquando per 3. intelligunt 6. & tunc intelligunt sic quod aliquãdo molatur per 3. horas, & deinde ponatur in fimo. Deinde molatur, & iterum ponatur, &c. Et proportio temporis sit secundum rationem tuam.

De proportione metalli, ad medicinam. Proportio est hæc 5. & 6. pars medicinæ, quia nihil ingreditur metallum, nisi

sit ratione metalli. Et dixi quod non intelligeres primum, nisi per secundum, nec secundum, nisi per tertium, & qualiter maximum mendacium & secundũ & in primo. Dicam: Primum quia elementa sint in eo, secundum, mixtio est in eo, vel scribitur mixtio, qa mixtio est de eis, & tertium q̄ est maximum, vel quia scribitur, vel quia proportio est de eis, & terminus tincturæ secundum nobilitatem componentium, & cautela vt procedas de 10. in 10. & caussa prædicta. Et quoniam ignis, &c. Ex hac ratione dixerunt antiqui q̄ spiritus debent esse pars decima corporis, & bene dixerunt, tamen Auicenna melius primo capitulo quartæ dictionis: Vbi di-

dicit 6.de 6.&media de 6.&expo nit se statim sic hoc est 6. parte, de corpore, sexta pars de spiritu: & media 6.de elemento: hoc est medietas spiritus de elemento, & hoc est 6. de 6. & media 6. hoc idem dicit in ponderibus cum dicit 10. de 10. & media decimæ, & non intellige quod loquitur in singulari elemento: quia non intelligit nisi vnum elementum, sed quod vnum habeat dominium, vt in Luna. Et elementum sit complexionis Lunæ post æquationem, vt dixi, quia Luna est frigida & humida, & illud sit similiter, & tunc aqua est dominans, quia Luna est maioris humiditatis, propter illud dicit in elemento, quia frigidũ & humidũ sit aqua, & loqtur de Lu-

de Luna, hoc patet per dealbationem cupri in forma Lunæ, & dixerunt, & certe verum non dixerunt, cum ratio & experimentum contradicit. Et si quæras vnum tale quod agit in frigidum & humidum, sicut ignis, quod est calidum & siccum, & dedi fimum cum cõtrariis qualitatibus. Dedi tibi elementa ad æquandum omnem rem, id non quæras. Sed si quæras qualiter distillabis aquã cum sua salsedine, oportet quod habeas vas curtum, & quod vas sit latum, & dixi quanto corpus ponderosius, tanto, &c. De distillatione nota. Et distilla per ignẽ vehementem, non per ignem congelationis, & quidam sunt qui mittunt corpus in instrumento &

nō valet, quia corpus non ſublimat ſe, niſi cum ſpiritu, & ſpiritus vbi eſt fixus, qualiter debet aſcendere tam altum ſicut eſſet ſpiritus crudus, tene rationem, dimitte meretrices, quæ vadunt de ciuitate in ciuitatem, & dicunt: Accipe hoc & hoc, & habebis hoc & hoc. Imminet, & non eſt in muliere fides. Etſi habeas filiam falſitatis, & velles eā facere meretricem: quia multi cupiunt meretricem, ſi pereat in cuſtodia tua; melius eſſet, ꝙ homo natus non erat ille, non propter me, nec propter te, ſed propter accidentia. Tace & loquere: Loquere & tace, hoc eſt dicere, tace veritatem, & loquere viam probabilem, vt docui te. Si dicas, quare non miſi aliqua
 ope-

opera? dico dedi tibi speculum, & scis videre errores aliorum & non scis eligere veritatem. Non possunt stare. Et si ego dixero tibi, non credas mihi, nisi per æquationem, & pone æquationẽ istam iuxta Iacobum & respice errores translatoris, quia ipse dixit veritatem, sed translator non intellexit rationes: & ideo fecit rationes apparẽtes ex proprio capite, cum ad esse rei non pertingat. Væ talibus, quia sicut habens vnum oculum, ducere potest cœcum huc & illuc. Sic isti sophistæ ducunt homines huc & illuc, vbi volunt, per rationes, quia non vident de veritate. Et si aliqua dicta sint penes te ligata, rescribas, & solvam ligamenta cum auxilio

vnius

vnius Dei in trinitate, & trinitatis in vnitate: Vale & valeant, &c. de Azthc. Alk.

*Explicit verdhſm. menetz. dhſm. Zlierh. Azdſu. ad fratrem Helegg.*

## SPECVLVM SECRETORVM.

EDITIO fratris Rogeri Bacon, ſuper inſtructione totius artis Alchymiæ. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad inſtructionem multorum circa hanc artem ſtudere volentium, quibus copia deeſt librorum hic libellus edatur, tituluſque Speculum ſecretorum intitulatur. Idcirco in iſto libello quaſi in ſpeculo totū ſecretum phi-

philo sophorũ apparebit,&ope-
ratio eorũ in arte hac nec non &
ordo operis sensibiliter inspicia-
tur, vt habeant amici nostri po-
sterius ex eius inspectu sine tæ-
dio dilectionem, sine obscurita-
te viam hoc opus aggrediendi
sine difficultate, artem operan-
di sine confusione, ordinem o-
peris sine defectu, profectum
sub compendio, consummatio-
nem efficacem, & vt habeant ex
consummatione maximam vti-
litatem, sicut in fine eius pate-
bit, & vt habeant ex hac arte ra-
tiones probabiles & veras, & ex
operatione magisterium præo-
ptatum, & demonstrationem,
quibus valeant contradictori-
bus, hanc artem adnihilare vo-
lentibus faciliter obuiare, pru-
den-

denter resistere, breuiter respõdere, & eorum sophisticationes solerter euacuare. Dicunt enim q impossibile est aliquod corpus per transmutationem alicuius materiæ nomẽ resultare, nisi ex sua minera, vt aurum ex minera auri: argentum ex minera argenti, & sic de cæteris corporibus affirmantes illud per Arist. in quarto Metheororum dicentem. Sciant omnes artifices Alchymiæ species veras transmutare non posse, dicunt etiam, & ibidem dicitur, quod plumbum semper est plumbum, licet immunditiæ eius abstergantur, vt videatur argentum, & sic deludunt homines per suum falsum intellectum intelligentes non verba Arist. Solutio. Quibus sic

respondere potest, quod non est nobis laborandum circa trãsmutationem corporum, vt faciamus aliquod ens de non ente, & vt faciamus aliquid de hac minera, quod non est de hac minera. Sed vt reducamus de minera corrupta ad mineram incorruptam. Verbi gratia, vt habemus in libro qui dicitur Lumen Luminum. Quando plũbum est species argenti, cuius mineram inuaserunt ægritudines, scilicet mollicies, nigredo, & fœtor, quibus depositis, est argentum verum & rectum, & sic reducitur ad suam veram mineram, & secundum primam radicem non est translatum, neque transmutatum à sua minera. Similiter ferrum est argentum, sed

est

est corruptum in sua minera, per dominium sui sulphuris immũdi, & sui argenti viui non puri. Vnde nocumenta ingrediuntur super ipsum in sua minera, scilic. nigredo, durities, siccitas, quib. ablatis est argentum rectum. Similiter cuprum est anima & soror argenti, in omnibus dispositionibus suis, scil. mollicie, duritie, fusione, & malleatione, sed est rubeũ & nos auferemus ab eo rubedinem suam, & tunc est argẽtum rectum. Similiter stannũ habet mollitiẽ, stridorem dentium, & nigredinẽ, quib. ablatis, reducitur in argentũ. Similiter argentũ est aurũ nisi in colore tantũ, q̃a color auri auferebatur ab eo, in sua minera p̄ dominiũ sui argẽti viui. Nos autẽ damus ei colorẽ

& tunc est aurum rectum: & hoc est, quod Aristoteles dicit ibidem, quod si argentum viuum fuerit purum & clarum, & sulphur mundum & rubeum, & calor eius temperatus; fit ex eis in longo tempore secundum naturam aurum minerale. Similiter si argentum viuum non fuerit purum, & sulphur non mundum, fit ex eis aliud corpus minerale secundum dispositionem sui intra. Nosquidem quod natura in 1000. millibus annorum naturaliter facit. Illud idem in breui tempore artificialiter facimus, vt puta in vna die vel hora diei, cum medicinis propinquis, quamuis longo tẽpore præparatis, & sic reducuntur ipsa corpora corrupta in sua

mi-

minera ad substantiam claram, & mineram non corruptam, sicut patet infra. Igitur prælibatis, quæ aduersantur, & qualiter soluuntur contradicentium errores, suscepti operis debitum absoluamus. Vt sciamus quæ & quot & qualia oporteat esse, quæ huic operi principaliter sunt enotanda.

Scire ergo te oportet Lector, quod tripliciter reducũtur corpora ad suam veram mineram. Aut per Elixir lapidis in vna hora, aut cum aliis medicinis propinquius, aut per ignem tantum absq; medicinis. Igitur in principio requirenda sunt à nobis quæ & quot huic operi sunt necessaria ad hoc Elixir faciendum, & ex quibus & qualiter

fieri poteſt, & qualiter oporteat ea eſſe, & ex quibus fieri debet, & hoc dat ordo operis ſequẽtis, quibus ſcitis, ſçitur intẽtio quæſita. Nota igitur q̃ 4. ſunt huic operi neceſſaria, ſcil. calx corporis, ſpiritus, oleum, & tinctura, & corpus aptum ſit cui debent iſta permiſceri: quid autem omniũ iſtorum ſit, iam patebit. Calx corporis, eſt puluis cuiuslibet corporis calcinabilis in diuiſibiles partes diuiſus, quoniam impoſſibile eſt vlterius diuidere, ſicut ſunt atomi qui ſunt in radio Solis. Calx vero duplex eſt, alba, ſcilicet ſicut ceruſa, & rubea ſicut ſanguis. Spiritus eſt quoddam corpus ſubtile, fugiens ignem, ſicut patet inferius.

Oleum

Oleum est humiditas calore inspissata in quolibet corpore, & est pinguedo, quæ facit ipsam calcem liquefactibilem in igne, & permiscibilem in corporibus liquefactiuis. Tinctura est quædam cohærentia colorans illam calcem, & eidem inseparabiliter adhærens.

Dicto autem quid est vnumquodque istorum, necessarium fore æstimo te scire quale debet esse vnumquoque istorum in sui natura vel confectione. De qualitate omnium dico, quod debent esse fixa super ignem, vt non fugiant ab igne, nec ab eo consumantur, nec mutant colorem in igne, talia debēt esse quæ in hoc opere dominantur: vt ex

commixtione omnium istarum rerũ fiat vna substantia stans, tingens, profundans, cõsolidans & perseuerans. Amplius iã constat tibi lector quæ & qualia sunt, quibus in hoc opere indigemus. Nunc tibi restat dicere, ex quibus & quot ista possunt fieri. Et nota quod ex omni re fixa super ignem possunt ista fieri vel extrahi.

Sed quia ista sunt infinita quoad nos: Ideo ad hanc confusionem euitandam, eligemus ea tantum, quæ philosophi elegerunt, & quibus vtebantur, & sunt 2. tantum, scilicet vegetabilia quæ quidem sunt lapides viui philosophorũ, & mineralia, quæ vero sunt 2. scilicet spiritus & corpora. Spiritus

vero

vero ſunt 4. & corpora 7. & ſic relinquitur illa confuſio ad certum terminum & numerũ, quia de infinitis non eſt ars, neq; ſcientia. Nunc reſtat videre naturam lapidum, & eorum cognitionem, & quid & quot ſunt, & ſciendum eſt quod 12. ſunt lapides viui, ſicut inferius patebit in ſuo loco. Sed ex omnibus eligimus tantum tres per excellentiam, qui nobis ſufficere poſſunt ad complementũ Elixir, & ſunt iſti ſcilicet ſanguis humanus, capilli humani, & oua gallinarum, & iſtos elegerũt philoſophi quia excellunt omnem naturam 4. elementorũ completam ſcilicet terram, oleum, aquam. Et hic oleum eſt loco aeris: quã quidem naturam licet mineralia habeãt

in ſe

in se,in aere tamen diminutam habent, sicut inferius patebit. De spiritibus, nota quod 4. sunt spiritus, & dicuntur spiritus quia fugiunt ignem, & euaporant per fumum in aerem, quorum fumus summopere vitandus est, quia subito adnihilat hominẽ, & ipsum reddit paraliticum, & inducit appoplexiam, & multotiens mortem. Et sunt isti Mercurius, sal armoniacum, sulphur Arsenicum, & quamuis habeant in se naturam prædictam, magis tamen diminutã habent quam lapides, quia in lapidibus est terra, quæ est calx completa, & habent aquam & oleum, quæ sunt tinctura: aqua est tinctura alba, & ignis est rubea tinctura, quam non contingit extrahere à spi-

à ſpiritibus, niſi forte à ſulphure: & hoc euenit per accidens & oleum quod inuenitur in ſpiritibus, ſicut in omni re tam animata, quam inanimata, & ſicut ſales inueniuntur in omnibus rebus calcinabilibus, & quia tinctura in ſpiritibus eſt diminuta, nos augemus eam per aquas candidas & rubeas, & eam vigoramus, & completur ſicut patet infra in libro 12. aquarum calcem vero & oleum in ſe ipſis habent complete.

De corporibus, ſeptem ſunt corpora, quæ ſunt ☉. ☽. ♂. ☿. ♃. ♀. & ♄. Sol eſt aurum, luna argentum, Mars ferrum: Iupiter ſtannum, Venus cuprum, Saturnus plumbũ. Et quamuis Mercurius nomi-

nominetur inter corpora, ipse tamen est spiritus, & ista corpora naturam prędictam percipiunt, magis tamen diminute quā spiritus, & ideo eorum defectus per aquam & oleum supplentur, & eorum duplex est scilicet candida rubea, sicut docetur in lib. 12. aquarum, & est eorū oleum, sicut infra patebit. Sal armoniac᷒ albumen ouorum: sal alke sal cibi pręparatus, id est sal cōmunis, sicut docetur infra in suis capitulis, videlicet de sale cōmuni, sale gēma, sale alke: alumine, nitri alk. Mercurio, sale armoniaco Arsenico, sulphure, litargirio, aqua calcinatiua alba & rubea, oleo philosophico albo & rubeo, quomodo autem oportet præparari omnia prædicta, & quæ

&

& quot sunt eorum præparationes, & si sint omnia eiusdem, an diuersę naturæ, hæc tibi lector necessaria existimaui: de quibus hic est ordo absq; omni errore. Scias hoc, quod hæc est consumatio totius operis, & confecto huius artis. Notãdũ igitur quod 6. sunt operationes siue præparationes, quæ exercentur circa opera prædicta: & prima harum est ablutio vel mundificatio tã spirituum quam corporũ & lapidum, & hæc operatio cõis est, tamen lapides nõ debent ablui, nisi tantum capilli, & istud totũ docetur in libro ablutionũ, qui est de 70. verbis. Secunda operatio est specialis & propria, & cuilibet per se diuisa, quia lapidum est distillatio, spirituũ sublima-

limatio, corporum calcinatio. Quid autem sit distillatio, docetur in libro de 30. verbis, distillatio enim est segregatio siue separatio 4. elementorum ab inuicem. Sublimatio spirituum est eorum eleuatio donec figantur in igne, sicut habetur in libro de 70. verbis, & infra patebit de eorum sublimatione satis plene de calcinatione corporũ infra patebit de regiminibus eo rundem, & est calcinatio corporum calcinabilium, vltima eorum diuisio in partes indiuisibiles, quasi impossibile est vlterius diuidere, vt sunt atomi in radio solis, cuius non est pars, neque tactus, & est puluis albus vel rubens, qui dicitur calx. Sequitur de tertia operatione, quæ est com-

communis omnibus, tam lapidibus & ſpiritibus, quam corporibus, & vocatur inceratio, id eſt, incorporatio, & eſt inceratio, imbibitio alicuius calcis, cum ſua aqua ipſam tingente vel in albedine vel in rubedine, & cum ſuo oleo ipſam liquefactiuam faciente permiſcibilem cum ſuo corpore, & dicitur inceratio, vel ceratio metaphorice, quia cum Elixir bene præparatur, debet liquefieri ſuper laminam candentem vel ſuper carbonem, ſicut cera liqueſcit, & cum ſic fiet, tunc inceretur. Quarta operatio eſt ſolutio, & eſt partium inceratarum diſgregatio eſt autem duplex, ſcilicet caliditate & roritate

cali-

caliditate, vt in fimo equino 7. diebus vel amplius. Roritate, est vt in rorido loco die ac nocte po natur, calido, hoc est, vt tu accipias tuam medicinam in vas vitreum positam, & eam sepelias in fimo equino calido & humido 7. diebus vel amplius, donec medicina soluatur in aquam claram sine turbulentia, & hoc fit propter bonam commixtionem omnium compositorum, quia quanto plus solueris Elixir, tanto melior est in eo cõmixtio, & semper duplicatur in eo tinctura in qualibet resolutione. Solutio roritatis, est vt sumas vitreum cum tua medicina, & suspendas illud in olla, cuius orificium sit bene clausum, vt ex vapore aquę bullientis ascendente

soluetur tua medicina, sed aqua illa bulliens per spatium triũ digitorum, non tangat tuum vas vitreum, & hæc solutio fit in vna die forte, vel duob⁹, vel amplius
Sequitur de quinta operatione, quæ similiter cõis est omnibus, scilicet coagulatio, siue congelatio, & est coagulatio medicinę iam ceratæ & dissolutæ desiccatio vel induratio, & hoc est vt sumas vitreatum cum tua medicina dissoluta, & sepelias eam in olla in cineribus vsq; ad mediã, vt non cadat, neq; inclinet vitreata, & facias sub ea ignem per 10. horas donec medicina congeletur in lapidẽ durum & siccum. Modo sequitur de 6. & vltima operatione quæ est proiectio, & hæc est perfectio & cõsummatio

totius

totius operis, & hoc est generale omnibus qualiter vero debet fieri proiectio de medicina patet sic. Pone super ignem corpus vel spiritum, aut illud super quod debeat proiici Elixir, vt tepescat, & si sit corpus vt liqueat, & proiice Elixir mouendo bene, & cito cum Elixir liquefit, & miscuerit se cum corpore, remoue ab igne. Quot enim partes corporum tingit, id est pars Elixir patet secundũ nobilitatem componentium medicinam & naturam Elixir. Elixir vero lapidis tingit plures partes corporis, quam Elixir spirituum, quia tingit 1000. millium partes & 2000. millia, sicut patet in libro de 70. & in libro de 30. verbis. Elixir vero spirituũ tin-

git

tingit 10 00. partes, & aliquando minus. Elixir vero corporũ tingit minus quam Elixir spirituũ, quia tingit nisi 100. De præparatione aquarum docetur in libro 12. aquarum. De præparatione magni lapidis docetur in libro de 30. verbis de præparatione capillorum humanorum docetur in libro de lapide Rebis vel Dabesi, quod idem est. De præparatione ouorum docetur in libro de 70. verbis, de præparatione aliorum lapidum, docetur in lib. 112. lapidum. Iã igitur tene in generali tu qui hanc quæris scientiam rem diu percupitam, nec non & ordinem operationum, & omnem earum præparationem, quæ in

hac arte necessaria sunt, & totius huius rei complementum sub maximo compendio propter penuriam librorum. Custodi & lauda Deum, & ei gratias age: cui semper sit laus honor, & gloria, Amen.

*Explicit speculum secretorum.*





